DE VITA ET SCRIPTIS

LYSIAE ORATORIS

COMMENTATUS EST

LUDOVICUS HOELSCHER

GUESTPHALUS

PHIL. DR. AA. LL. MAG.

BEROLINI,

TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.

1837.

VIRIS CELEBERRIMIS

CAROLO LACHMANN

GUSTAVO DROYSEN

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

GRATO ANIMO

DEDICAVIT

AUCTOR.

Prooemium.

Lysiae oratoris quum jam antiquissimis temporibus magna esset gloria, factum est, ut nonnulli scriptores existerent, qui de ejus vita ac dictione exponerent. Philiscum Milesium, auditorem Isocratis, praeceptorem Timaei historici, vitam, ut Lycurgi confecit, Lysiae scripsisse dici ab Olympiodoro ap. Lambec. comm. bibl. Vindob. VII. p. 127. Goellerus [1]) affirmat; nescio an hoc in comm. Olymp. ms. ad Plat. Gorg. legatur; librum ad quem Goellerus lectorem relegat, inspexi quidem, sed ex edit. altera Viennae 1781, qua t. VII. p. 273., ubi Philiscus commemoratur, idem vitam oratoris nostri conscripsisse non traditur. Sed certum est, illum epigramma in Lysiam composuisse, quod servavit Plutarchus [2]). Taylorum hoc ad nostrum Lysiam spectare non debuisse negare ex iis quae infra dicam apparebit. Graecorum libertate deleta Alexandriae et Pergami de librorum auctoribus accurate quaesive-

---

[1]) de sit. et orig. Syrac. p. 115. De Philisco plura dederunt Reimar. ad Dion. Cass. 38, 18. p. 164. Ruhnken. hist. crit. or. Gr. p. 83. Goeller. l. l.

[2]) vit. Lysiae p. 325. R. — Versus post multorum virorum doctorum curas optime restituit Jacobsius, ex cujus emendatione repetiit Westermannus in ed. sua Plut. vit. or. cf. Sintenis. in Actt. Antiq. Darmstad. 1835. p. 44.

runt et sagaciter disquisitiones, num eorum opera essent quibus vulgo adscribebantur, instituerunt. Viri docti omnium scriptorum qui in Graecia per multa saecula floruerant nomina librosque collegerunt atque eorum tabulas confecerunt. Primus Callimachus condidit πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ' καὶ ϱ'. Aristophanem et Aristarchum poetarum quidem chorum dijudicasse certum est; pedestrium vero scriptorum canonem ab iisdem institutum esse Ruhnkenius quidem (hist. crit. p. 94. sqq.) contendit, nuperrime vero C. F. Rankius (cf. de Aristoph. vit. p. 107.) argumentis certe gravissimis negavit atque unde decem oratorum ordo et numerus natus sit, quorum in praestantia et dignitate dijudicanda Dionysius Halicarnassensis nunquam Aristarchum et Aristophanem tanquam oratorum judices nuncupavit, inde explicandum putat, quod numerus ille inter ipsos Athenienses ex more decem oratorum a Solone [1]) institutorum ortus esse videatur. Utcunque haec res se habet, Callimachum in libro laudato, in quem discipuli commentarios scripsere, suam sententiam de oratoribus quoque exposuisse, certissime inde colligimus, quod ejus πίνακες τῶν ῥητόρων a veteribus saepius citantur. Sed eodem studio viri docti Alexandrini quo scriptorum artem illustraverunt, de illorum vitiis non videntur quaesivisse. Itaque Dionysius Halicarnassensis in libello qui τῶν ἀρχαίων κρίσις inscribitur antiquiores quidem fontes est secutus, sed dolendum quod de Lysiae vita perpauca tantum disseruit, quamvis omnino ejus negligentia quaedam in fontibus adhibendis agnoscatur [2]). Ejus aequalis Caecilius rhetor Calactinus, quamquam praecipue de oratorum veterum arte librorumque genuitate disquisitiones instituit sa-

---

[1]) cf. Schoem. de com. p. 210. Meier. de bon. damn. p. 111. sq.

[2]) cf. Westermann. de oratt. Olynth. Dem. ordin. p. 73. sqq.

gacissimus, tamen Jonsius [1]) eum etiam vitas oratorum composuisse mihi merito videtur conjecisse. Tot libri temporum invidia quum nobis erepti sint, Plutarchum in vitis X oratorum uberius de Lysia disputasse gaudeamus; quem librum Taylorus et Ruhnkenius quum Plutarcho esse abjudicandum censuerint, nuperrime A. G. Beckerus eumque qui supplevit Westermannus [2]) a Plutarcho esse institutum claris,ut mihi videntur, argumentis demonstraverunt; et quamvis in oratorum quorundam vitis nonnulla esse confusa concedam, tamen in Lysiae vita omnia bene collegit Plutarchus et quum desint meliora nobis acceptus est. Inter rhetores posteriores Heronem Cotyis f. Atheniensem libellum περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων καὶ τῶν λόγων οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι scripsisse ex Suida comperimus, cujus sane operis jacturam eo iniquiore ferendum animo, quo verisimilius est, in eodem de oratorum vitis multa esse exposita. Photius (bibl. cod. 262.) exscripsit Plutarchum. Suidas et auctor lexici Villoisoniani, Eudociae vulgo adscripti [3]), qui perpauca tantum ex Suida excerpsit, in Lysiae vita indaganda parum nobis auxilii praebent.

Multo majore diligentia quam in oratoris vitam, in ejus dictionem quaestiones instituerunt veteres. Ut taceam de Callimachi labore in antiquos oratores consumto, quem acumine critico fuisse destitutum Photius [4]) testatur, Dionysii Halic. libellum „τῶν ἀρχαίων κρίσιν" inscriptum hac in re potissimum quaerenda versari omnibus notum est. Praeter hanc quae superest de Lysia κρίσιν commentarium de dignoscendis

---

[1]) scr. hist. phil. III, 1, 4.
[2]) B. in vers. germ. or. Andoc. p. 111 — 132; W. in ed. sua Plut. l. l.
[3]) cf. Saupp. ad Lycurg. p. 161.
[4]) cod. 265. cf. Dion, de Dinarch. V. p. 630. 631.

genuinis et spuriis ejusdem orationibus scripsit, cuius rei ipse [1]) atque posteriores qui de hac re scripsere testes sunt. Cum Dionysius de oratoribus ipse plurima indagasset, in his dijudicandis suum ipsius sensum duntaxat audivit. Liber ejus superstes prae omnibus veterum de hac re libris nobis acceptus est. Dionysius artem criticam primus e Graecia Romam felici successu tulisse videtur. Multum sane valebat apud posteros auctoritas Dionysii, cujus de oratoribus judicandis sententia vera esse credebatur [2]), quare nos quoque nisi gravissimis caussis moti ab illo ne recedamus. Aetate et studiis aemulum habuit Caecilium Calactinum qui Romae sub Caesare Augusto eloquentiam docuit [3]) et praeter alia de charactere X oratorum scripsit atque de iis quae ab oratoribus vel secundum vel praeter historiae veritatem dicta sunt. Cujus omnes libri temporum invidia nobis perierunt, quod eo magis doleamus, quo saepius a Plutarcho et Photio laudantur. Ejus autem *περὶ Λυσίου σύγγραμμα* a Longino (de subl. 32, 8.) reprehenditur, quod Lysiam multum Platoni anteposuerit. Haec res quamquam non est quod in dubium vocetur, tamen ne Caecilii judicium in universum acumine destitutum credamus, Longinum meminerimus suos libros Caecilio opposuisse ideoque esse factum, ut acerrimus Calactini aestimator redderetur [4]). *Πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων* scripsisse Lysimachides dicitur ab Ammonio v. *θεωρός*, qui liber Vossio commentarius fuisse ad Caecilium atque non absimilis videbatur libello Plutarchi de vitis X orat., fortasse duntaxat operi-

---

[1]) de Lys. §. 12. p. 481. R. *δηλωθήσεται ἑτέρωθι* sc. de Lys. oratt. *αὐθεντίᾳ* cf. ibid. p. 485, 10. (§. 14.)

[2]) cf. Dion. de comp. ed. Schaefer. p. XXX.

[3]) cf. Suid., Voss. de hist. Gr. II, 4., de art. gramm. I, 5., Jons. III, 1, 4., Toup. ad Longin. I, 1. p. 219. ed. Weisk., Boisson. ad Tiber. Rhet. p. 44. 84. Krueger. ad Dion. historiogr. p. VIII., de vit. Thuc. p. 34.

[4]) cf. Osann, Beitr. z. gr. u. roem. Lit. Gesch. I p. 295.

bus Dionysianis, eandemque fere sententiam amplexus est Jonsius, sed optime Valckenaerius Toupio frustra obnitente statuit pro ῥητόρων legendum esse ἑορτῶν [1]). Hermogenes (c. 160. p. Chr.) praeceptor eloquentiae celeberrimus judicium de dictione rhetorica elegantissimum in operibus suis servavit, ita ut inter veteres permulti eorum commentatores existerent et nos non possimus, quin sagacitatem et subtilitatem admiremur. In peculiari libro de Lysia sententiam suam exponere in animo habuit, ut ipse fatetur (p. 107. Ald.), sed non fecit [2]). Eodem tempore vixit Aelius Aristides, cujus de dictione rhetorica duo scripta supersunt; eorum vero vilissima est scriptio. Nonnulla de Lysiae elocutione conscripsere Demetrius quidam in libro περὶ ἑρμηνείας et Longinus (213 — 273.) in opere περὶ ὕψους, quo quidem amorem sublimis dicendi generis declarat, sed Lysiae quoque magnas esse virtutes oratorias concedit. Photii de Lysia judicium acumine et perspicuitate splendet. Sed hisce viris sane excellentibus exceptis rhetorum illorum temporum neminem qui suum judicium sit secutus reperimus. Quare ut taceam de istorum operibus quae de arte rhetorica supersunt, ut Alexandri Numenii f., Apsinis (c. 230), Minuciani (c. 260), aliorum, jam illi potissimum mihi enumerandi sunt, quos singularia de Lysia opera scripsisse traditum est. Gaius Harpocratio dictus σοφιστὴς testibus Suida et Eudocia scripsit de Lysiae et Hyperidis orationibus. Zosimus Gazaeus vel Ascalonites, qui sub Anastasio vixit, composuit in Demosthenem et Lysiam commentarios (ὑπομνήματα), quos ὕλην s. historiae materiam nuncupavit [3]), quia stilus commentariis non historiae conveniebat. Zenonis Citiensis

---

1) Voss. de hist. Gr. IV, 16. p. 178.; Jons. III, 1, 5; Valcken. ad Ammon. l. l.; Toup. ad Long. l. l. cf. Boeckh. Oec. civ. I. 238.
2) cf. Spengel. συναγ. τεχν. p. 123. not. 60.
3) cf. Suid. s. v. Eudoc. p. 203. Voss. de hist. Gr. II, 20. p. 261.

τοῦ *πολυθρυλλήτου* (sic ab Ulpiano appellatur), qui sub Juliano vixit, *ὑπόμνημα εἰς Λυσίαν* commemoratur [1]), quod si superesset multum genuitatem orationum quae sub Lysiae nomine divulgatae sunt illustrasse ex Zenonis acumine, quo orationis Demosthenicae fidem Philippicae IV. impugnarat, conjici licet. Praeter illos Paulus Germinus *ὑπομνήματα εἰς λόγους τοῦ Λυσίου* scripserat [2]) idemque a Photio *Παῦλος ὁ ἐκ Μυσίας* dicitur et arguitur quod plures Lysiae orationes genuinas pro suppositiciis declaraverit inscitia elocutionis perductus eoque effecerit, ut interierint. Praeter commentatores Lysiae laudatos habemus alios memoratos, qui de omnibus oratoribus Atticis opera composuerunt. Hisce annumeranda sunt Timaei Tauromenitae argumenta rhetorica 68. libris enarrata (cf. Suid.) et Heronis Atheniensis libellus supra laudatus, Posidonii Olbiopolitae incertae aetatis [3]), Menandri, Tiberii Sophistae (c. 400. p. Ch.), Aelii Theonis Alexandrini (c. 300. p. Ch.), aliorum varia. Quae vero omnia temporum invidia nobis sunt erepta; perpaucae supersunt veterum reliquiae, quae accuratiorem notitiam oratorum antiquorum, imprimis Lysiae nostri, indagandam adjuvent. Earum pleraeque in artem oratoris rhetoricam inquirunt; aliam viam inierunt auctores lexicorum rhetoricorum. Ejusmodi citantur *λέξεις ῥη-*

---

[1]) cf. Suid. s. v. Eudoc. p. 205. Chapmann. diss. de Ulpian. §. 4.

[2]) cf. Suid. s. v. Eudoc. p. 353. Phot. cod. 262. p. 489. A. Est incertae aetatis; tamen eum post Dionysium Hal. vixisse cum Ruhnkenio (hist. crit. p. 49.) credas; nullo alio loco memoratum invenimus, nisi sententiam Wyttenbachii amplectimur, quam protulit ad Eunap. t. II. p. 45. ed. Boiss., nostrum Paulum laudari in hisce Eunapii verbis p. 11.: *κατὰ τούτους τοὺς χρόνους* (i. e. post Porphyrii) *ἦσαν καὶ τῶν ῥητορικῶν οἱ ἐπ' Ἀθήνησι προεστῶτες Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος ἐκ Συρίας*; ibi vero Boissonadius t. I. p. 172. Paulum Aegyptium qui Suida teste sub Constantino vixit commemorari putat.

[3]) cf. Suid., Voss. de hist. Gr. I, 24. p. 156.

τορικαὶ Philonis Byblii [1]), Pausaniae [2]), Diodori Valerii f. Polionis Alexandrini enarratio locorum difficilium, qui apud X oratores reperiuntur [3]), Philostrati λεξικὸν τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων (Phot. cod. 150.), Eudemi libellus κατὰ στοιχεῖον conscriptus περὶ λέξεων αἷς κέχρηνται ῥήτορές τε καὶ τῶν συγγραφέων οἱ λογιώτατοι (Suid. s. v. Eud. p. 165.), Juliani λεξικὸν τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον (Phot. cod. 150.), Julii Vestini ἐκλογὴ ὀνομάτων ἐκ τῶν ῥητόρων [4]), Aelii Harpocrationis liber de illis quae oratores ignorasse videntur, Zosimi supra laudati λέξις ῥητορικὴ κατὰ στοιχεῖον. Sed omnium lexicorum unum superest Valerii Harpocrationis (c. 350.) λεξικὸν τῶν δέκα ῥητόρων, quod et forensia verba et orationum genuitatem optime illustrat.

Inter recentiores, ut taceam de Aldo, Stephano, qui textum solum Lysiae ediderunt, Jodocus van der Heidius Lysiae or. cum notis politicis edidit a. 1615. Sed has aliasque editiones longe superavit Taylori a. 1739., qui textum correxit, interpretationem addidit, vitam Lysiae delineavit, testimonia veterum de oratore ejusque fragmenta collegit. Hanc editionem repetiit Reiskius; notas quidem plures addidit, fragmenta vero et vitam Lysiae nihil auxit. Ruhnkenius in hist. crit. p. 60. de Lysia nihil dixit, nisi quod errorem Taylori unum ex Cic. Brut. 9. deductum correxit; tum addit: „Ejus autem historiam Taylorus et ipsius et aliorum oratorum sospitator ita illustravit, nihil ut supra addi posse videatur." His Viri Summi verbis spretis mihi quidem iterum Lysiam tractanti lectorum venia petenda est. Sed temporibus recentissimis Clinto eumque qui

---

1) cf. Etym. M. v. δέμα, Voss. h. Gr. II, 10.
2) cf. Phot. cod. 153. Intpp. ad Suid. h. v.
3) cf. Suid. v. Πωλίων, Jons. III, 7.
4) cf. Suid. s. v., Valcken. Theocr. p. 294.

multis locis correxit et auxit Kruegerus V. Cl. et Io. Franzius de temporibus, quibus orationes habitae sint, Summi autem Viri Boeckhius, Schoemannus, Meierus, alii de argumentis orationum tam praeclare disseruerunt, ut equidem recentes in Lysiam quaestiones instituere non abs re esse putaverim. De vita Lysiae etiam plura, quae Taylorus neglexit, Spengelius et Clinto suppeditarunt; multa vero quae Taylorus tractavit omisi; nihil enim ad Lysiam spectant. Vita quam Bremius suae editioni praemisit, nihil novi praebet, quin etiam illum Taylori errorem a Ruhnkenio castigatum servat. De fragmentis a Tayloro collectis non solum quaestiones historicas institui, sed illis etiam nonnulla praesertim ex Bekkeri Summi Viri Anecdotis exprompta addidi. Denique id quod Taylorus omnino fere neglexit, testimonia veterum de Lysiae arte oratoria a Dionysii Hal. dissertatione profectus collegi, quo in labore Walzii in rhetoribus Graecis colligendis diligentia summopere me adjuvit. In omnibus quae de Lysia disputavi Westermanni V. D. libro egregio de hist. eloq. Gr. magnam opem mihi esse allatam lubenter confiteor. Priorum vero opera de orat. Gr., Cresollii, Vossii, Freytagii, Hardionis paullulum quod in usum convertere possis praebent. Franco-Gallorum Belini de Ballu et Brequignii libros inspicere mihi non obtigit.

Pars I.

Vita Lysiae.

§. 1.

Cephalus Syracusanus, filius Lysaniae, nepos Cephali, quem filio ac nepote ditiorem fuisse ex Plat. reip. p. 330. b. apparet, Athenas Periclis cujus familiaritate utebatur suasu (cf. Lys. adv. Erat. §. 4, Plut. vit. Lys., Phot. cod. 262. p. 489.) commigravit fere Ol. 76. (475.). Plutarchus addit, secundum nonnullos eum illo tempore quo Gelo imperium capesseret fugisse Athenas; quod falsum esse infra probabitur. Fortasse autem hac narratione utaris ad Schleiermacheri conjecturam confirmandam [1]), Cephalum illum quem in Platonis Parmenide dialogo colloquentem reperimus esse Lysiae patrem eundemque priusquam Athenas pervenisset aliquamdiu Clazomenis habitasse. Equidem hanc sententiam nec refutare nec defendere audeo; tantopere enim et de chronologia et de personis quae in Parmenide extant incertus sum. Certe ab Ol. 76. usque ad suam mortem c. Ol. 83. Athenis morabatur Cephalus. In Piraeeo habitabat (Plat. l. l. p. 328.); divitiis pollebat (Plat. l. l. p. 329. e. Cic. ep. ad Att. IV, 16.) atque familiaritate Atheniensium nobilium utebatur. Errant Scholiastes Aeschinis in Ctes. §. 194, praecipue autem Tzetzes (Chiliad. V. 983.) eum cum oratore Atheniensi Cephalo Collyttensi confundentes, constat enim Cephalum Syracusanum in numerum civium receptum non esse; utrum vero μέτοικος

---

1) Plato P. I. V. II. p. 102.

uerit an ἰσοτελής, incertum est; nam ex Platone non elucet, num aedes quas habitabat fuerint Cephali [1]. Prioribus temporibus Socratem saepius adiisse dicitur a Platone; tum vero annis jam provectus suas aedes non relinquebat. Itaque amicum longiore ex quo eum viderat tempore praeterlapso Socrates adiit, sacrificantem invenit, cum eo de senectute colloqui coepit, cumque Cephalus dixisset, qui juste vitam transegisset, ei tranquillam ac laetam contingere senectutem, incidunt in quaestionem de eo quod justum appellaretur, atque a Socrate illi de republica sermones habiti sunt quos Plato literis mandavit; eos neque Ol. 92. neque Ol. 85., ut Stallbaumius conjecit, sed c. Ol. 83. habitos esse infra probare studebo.

Cephalus habuit quattuor filios, Polemarchum, Lysiam, Euthydemum, Brachyllum, ex quibus tres priores Plato commemorat, Brachylli Plutarchus mentionem facit. Taylorus quidem, cujus sententiam amplexus est Franzius, contendit Lysiam Brachyllum fratrem non habuisse, quod Dionysius refert, Λυσίας ᾤχετο σὺν ἀδελφοῖς δυσί; sed locus nil probat. Si duos tantum fratres Lysias habuisset, Dionysius non, ut Taylorus vult, σὺν ἀδελφῶν δυσί, sed σὺν τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς debebat scribere [2]. Polemarchus philosophus, quem Plato etiam in Phaedro p. 257. b., Suidas, Harpocratio, Photius [3]) fratrem Lysiae vocant, cum Lysia Thurios commigravit atque inde postea uti Lysias Athenas rediit. Num hic sit Polemarchus ille cujus servus Andromachus in actione de Hermis mutilatis instituta gravem personam sustinuit, (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 32.) non apparet, quia Polemarchum cum Lysia demum revertisse nobis non traditum est. Etiamsi vero constaret, quales in rempublicam praebuissent mores fratres inde ne colligeres, neque enim aliud est nisi servus cujus causa Polemarchus ab Andocide commemoratur. De ceteris Lysiae fratribus nihil notum est, nisi alterum quoque Thurios esse profectum; sed ne uter quidem fuerit scimus.

§. 2.

Lysias natus est Athenis [4]) et Atheniensis vocari summo

[1]) cf. Boeckh. Oec. civ. I, 155.
[2]) cf. Spengel. συναγ. τεχν. p. 133.
[3]) Suid. Harp. Phot. lex. v. Πολέμαρχος.
[4]) Plut. vit. Lys.: γενόμενος Ἀθήνησιν; Suid. v. Λυσίας ἐτέχθη δ' ἐν Ἀθήναις

jure meretur. Sed Syracusanus nominatur a Timaeo Tauromenita, Justino, Orosio, Photio, Suida [1]). Lysiae patria igitur cum jam incerta esse videretur, scriptores historiae Siciliae Italiaeque oratorem suae patriae vindicare studuerunt. Mongitor [2]) putat Plutarchum et Photium Atheniensibus Lysiam tradidisse, ex eo ductos quod in civium Atheniensium numerum ex privilegio adscriptus sit, sin vero civitatis jure donatus sit, eum alibi natum clarissime patere. Hanc sententiam ex inscitia institutorum reipublicae Atheniensis exortam relinquentes argumentationem J. Bonanni [3]) amplectamur, qui Lysiam natum Athenis habet, Syracusanum autem nominatum propter paternam originem, quae illi Syracusana est, patre enim Syracusano Cephalo est natus. Haud secus judicasse Justinum, Orosium, ceteros, quis non ausit affirmare? eoque minus civitate Syracusana Lysias est excludendus, quod in Atheniensium civium numerum nunquam est receptus. Itaque ut exemplo a Bonanno allato utar, si vel a materno genere qui somniorum interpretationes scripsit Artemidorus dici meruit Daldianus ipse tamen Ephesi natus, tanto majori jure a paterno genere Syracusanus dici meretur Lysias [4]). Putemus ergo Timaeum neque de Lysiae patria falsam opinionem habuisse neque quod Lysiam appellaverit Syracusanum mereri Ciceronis notam; quod historicus ille hoc consilio, ut in suae civitatis jus redigeret oratorem (hoc enim praecipit lex Licinia Mucia), dixerit, illius fide ac veritate indignum esse videtur.

Mirus locus extat ap. Tzetz. Chil. V. 983.

Ὁ ῥήτωρ Κέφαλος πατὴρ ἦν ῥήτορος Λυσίου
Ἀπὸ Θουρίου πόλεως μιᾶς τῶν Ἰταλίδων
Πλούτῳ κομῶν καὶ εὐγενής, σωτὴρ τῶν Ἀθηναίων.

Omnia eo confundi infra illustrabitur; nunc vero quid significetur verbis *ἀπὸ Θουρίου* quaeramus. Multum est quod Lysiam ipsum iisdem nominari Thurium credamus; sed in versu

---

[1]) Tim. ap. Cic. Brut. 16. frg. 67. p. 266. ed. Goeller.; Justin. V. 9.: Lysias Syracusanus orator exsul tum; Oros. II, 27: quibus (sc. exsulibus) Lysias quoque Syracusanus orator quasi in auxilium urbis quae esset patria communis eloquentiae, quingentos milites cum stipendiis suis misit; Phot. cod. 262. p. 489. B.: *Παῖς δὲ γέγονεν ὁ Λυσίας . . . . γένος μὲν Συρακούσιος, μετανάστης δὲ γεγονὼς εἰς Ἀθήνας*; Suid. v. *Λυσίας*.

[2]) biblioth. Sicul. II. p. 85.

[3]) Syracus. antiq. illustr. p. 310. C. sqq.

[4]) cf. etiam Jonsius II, 1, 2.

seqq. (cf. 991.) omnia quae de Lysia vulgo narrantur ejus patri Tzetzes attribuit, ita ut hoc quoque loco Cephalum significari verisimilius sit. Tali futili argumento confisi scriptores historiae Calabriae ad gloriam patriae conciliandam, sicuti jam inter veteres erant qui Herodotum Thuriis oriundum [1]) opinarentur, Lysiam Thurium fuisse studuerunt explicare, inter quos Gabrielis Barrii descriptio Calabriae [2]) floret. Bonannus igitur exprobrat Barrii arrogantiam, in cujus defensionem insurgit Joannes de Flores [3]). Thurium ait Lysiam nominari a Barrio non ex ipsius ortu, sed ob patris originem vel alia ratione neque Syracusanum esse vocandum, veram enim patriam solum censeri, ubi primam accipiamus lucem. Qua vero ratione Barrium ipsum, qui Lysiam ex sola patris origine inter Thurios recenset, male egisse J. de Flores demonstravit. At videamus, utrum Cephalus fuerit Syracusanus an Thurius. Plutarchus, Photius, Suidas Cephalo Syracusano Lysiam natum apertissime tradunt. Tzetzae verba ita sunt confusa, ut ne minima quidem auctoritate sint digna. Syracusae solae atque Athenae oratore celebri gloriari possunt, hae natalibus, ortu illae. — Erant etiam qui Cephaloeditanum esse Lysiam vellent Pirrho teste [4]). Cephaloedium s. Cephaloedis exigua erat urbs Siciliae, quae nomen ex piscium cephalorum s. thunnorum piscatu traxerat [5]), qua ex causa confusionem nominis patris Lysiae et originis urbis exortam esse apparet. Haec quidem sententia, quam testimoniis veterum adjutam non inveni, plane rejicienda est. Hoc teneamus, Lysiam Athenis natum esse, Syracusanum vero ex paterni generis ortu posse vocari.

§. 3.

Lysias natus est Ol. 80, 2. Philocle archonte. In Plutarchi quidem codicibus legitur: ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας. Hoc vero esse mendum dudum viri docti intellexerunt; neque enim convenit cum iis quae deinde ap. Plut. vit. Lys. sequuntur, neque cum iis quae in aliorum oratorum vitis Plutarchia-

---

[1]) cf. Heys. de Herod. p. 71.
[2]) Romae 1737. cf. p. 398.
[3]) Calabr. illustr. IV, 5, 5. p. 393.
[4]) notit. eccl. Cephaloed. p. 476. citat. a Mongitore l. l.
[5]) Sil. Ital. XIV. 252. cf. Cluver. Sicil. ant. II, 4. Dorvill. Sicul. cap. 3. fin. p. 24. Pirrh. Ital. sacr. Panormi 1733. T. II, 798.

nis leguntur. Natus enim est Andocides archonte Theagenide Ol. 78, 1. atque vocatur *Λυσίου πρεσβύτερος ἔτεσί που δέκα* (ex corr. Meursii lectt. Att. IV, 14. pro vulg. *ἑκατόν*; sed numeri quin a scribis verbo sequente *τούτου* in errorem ductis sint confusi vix cuiquam potest esse dubium). [Quum haec conscripsissem legi Meieri comm. III. de Andocides quae vulgo fertur or. c. Alcib. in ind. schol. aest. Hal. 1837. qua Vir sagacissimus locum Plutarchicum commutat in hunc modum ut Andocide Lysias dicatur sedecim annis major, sed nondum ita esse corrigendum persuadere mihi potui.] Illud igitur optime cum Lysiae anno natali Ol. 80, 2. congruit. Sed nihil est quod uberius de hac re disputemus; Philoclem enim archontem fuisse Ol. 80, 2. ex argumento Agamemnonis fabulae Aeschyleae quae illo imperante docta est, clarissime apparet. Ut vero accuratius anni Lysiae natalis tempus definiamus, longius progrediamur. Isocrates testibus Dionysio, Plutarcho, Photio, natus est Ol. 86, 1. archonte Lysimacho atque quidem [1]) mense Hecatombaeone vel certe Metageitnione atque vocatur *νεώτερος μὲν Λυσίου δυσὶν ἔτεσιν καὶ κ́, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτά*; Plato [2]) cum Ol. 87, 3. VII. Thargel. die (429$\frac{2}{2}\frac{1}{2}$. Mai) natus sit, hoc recte se habet atque Isocratem initio Ol. 86, 1. in lucem susceptum inde ducimus. Quod si ratum existimamus, Lysias qui XXII. annis maior Isocrate dicitur, natus est circa finem anni Philoclis paullo ante mediam aestatem a. 458. Chronologi priores multis difficultatibus implicabantur; putabant enim [3]), archontes ante Ol. 87, 1. suscepisse munus mense Gamelione, Pythodorum vero Ol. 87, 1. mens. Hecatomb. die I. i. e. 16. Juli. 432; Apseudes ejus antecessor ex Dodwelli (de cyclis I, 4.) sententia Ol. 86, 4. archon erat a mense Gamel. usque ad Hecat. (432, Janr. — Juni.), ex Corsini vero Ol. 86$\frac{3}{4}$ (Janr. 433 — Juni 432). Dodwellus (Ann. Thuc. p. 111.) porro statuit, Lysimachum fuisse archontem Ol. 86, 2 (Janr. 434 — Decbr. 434.), Philoclem 80, 2 (Janr. 458 — Decbr. 458.), qua computatione in errorem ductus fatetur difficillimum esse rationem reddere, quomodo Isocrates junior sit 22 annis Lysia, intervallum 22 annorum non aliter esse nisi rejectis ambobus extremis. Corsinus recte quidem contendit, Lysimachum fuisse archontem Ol. 86, 1., sed errat dicens Ol. 85,4/86,1.

---

1) ex computatione Corsini f. A. I. 9, 38.

2) cf. Corsin. f. A. III. p. 237. Ideler. chron. I. p. 337.

3) cf. Corsin. f. A. I, 9, 40. 14, 6. II. p. XXIV sqq. XXXVIII.

i. e. Janr. — Decbr. 436. atque Philoclem mense Poseideone Ol. 80, 2. munus deposuisse; nam ex hac opinione cum Lysiae ortus a Philoclis archontis anno dimoveri non possit (cf. Corsin. f. A. II. p. 69. III. p. 199.), natalis igitur Lysiae dies ante Poseideonis exitum inciderit, haec res neque cum Isocratis tempore natali convenit, qui 22 annis natu minor Lysia, tamen vero Hecatombaeone vel Metageitnione Ol. 86, 1. natus esse a Corsino dicitur, neque cum Andocide, qui Ol. 78, 1. natus X annis major Lysia vocatur. Illam difficultatem graviorem Corsinus non expediit, hanc vero, quam ex ejus sententia ipsius leviorem crediderim, quia Plutarchus asserit ἔτεσί που δέκα, ut explicet, statuit nec aliter summam constare posse, nisi in numero alteruter ex archontibus illis intercludatur. Has autem diversas sententias Boeckhius V. Cl. refutavit; ostendit enim [1]), jam Ol. 72, 3. archontes mense Hecatombaeone magistratum suscepisse. Quae res cum negari nequeat, omnia secum optime constant. Plato natus est Ol. 87, 3. mense Thargelione (Mai 429.) atque VII annis minor Isocrate, qui in lucem susceptus est Ol. 86, 1. initio (aestate a. 436.); eo annis XXII major est Lysias natus Ol. 80, 2. (vere 458.) atque X annis minor Andocide, qui Ol. [illegible], 1. (fortasse aestate 468) prognatus est. In Plut. vit. Lys. l. l. καὶ δευτέρας quin delendum sit nemo dubitabit; Stallbaumium [2]) reservasse Wyttenbachii editionem certe secutum, sicuti Jac. Bonannum et Mongitorem, valde miror. Jamdudum illud mendum correxerunt Meursius, Palmerius, alii [3]).

§. 4.

De Lysia puero nihil fere traditum est. Cum clarissimis adolescentibus erudiebatur (συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων, Dion., Plut., Phot.) quod in eam tantum partem accipiendam esse videtur, ut institutiones elementares significentur. Carolus quidem Schoenbornius [4]) putat, Lysiam

---

[1]) ind. lectt. univ. Berol. 1816. de Antigone p. 48. cf. Ideler. chron. I, p. 288. 291. 323. 381.

[2]) ad Plat. reipubl. p. 328. B. Quare jam cadit ejus opinio, sermones de republica habitas esse Ol. 85.

[3]) Meurs. lectt. Att. IV, 14. Palmer. exercc. p. 226. Jonsius III, 6, 4. Taylor. vit. Lys. p. 51. Sax. onomast. I. p. 52. cf. Clinton. f. H. p. XXI. 47. ed. Kr.

[4]) in prolus. schol. de Plat. Men. et Lys. epitaph. Gubiae 1830. p. 27.

ab Antiphonte edoctum esse; quod si verum esset, Lysiae priusquam commigraret Thurios contigisset necesse esset; rediit enim Athenas eo demum anno, quo Antiphon mortuus est. Sed ista sententia nihil verisimilitudinis prae se fert atque ex praejudicata de prooemio Menexeni Platonici opinione exorta est [1]).

Socratis sermonibus de justo, quos Plato literis mandavit titulo *περὶ πολιτείας*, Lysias quidem aderat, sed in toto dialogo muta est persona. Cujus rei causam Groen. v. Prinsterer [2]) in eo ponit, quod Plato eum judicaverit veros eloquentiae fontes non adiisse. Haec vero sententia quaestionem in incerto relinquit. A Platone enim juvene Phaedrum conscriptum esse inter omnes constat; in hoc vero dialogo sermonem qui Lysiae tribuitur Plato propter dictionem aggreditur (ad quem locum respicit Diog. Laert. III. 25: *ἀντεῖπε πρὸς τὸν λόγον ἐκθέμενος αὐτὸν κατὰ λέξιν*) et omnem scholae Siculae eloquentiam reprehendit. Dictioni autem Lysiacae simillima erat Thrasymachi; non enim solum verbis solutis numeros adjunxisse dicitur (Cic. Brut. 52.), sed etiam illam dictionem quae arcte sententias contrahit et rotunde effert (*ἡ συστρέφουσα τὰ διανοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις*) utrum Thrasymachus an Lysias invenisset jam Dionysius Hal. [3]) dubitavit, ita ut utriusque orationem hac quidem in re non potuisse distingui sequatur. Thrasymachus autem gravem sane personam agit in libro Platonico *περὶ πολιτείας* atque orationis suae genus quod modo significavi expromit. Quam ob rem nihil caussae ex qua Lysias nihil colloquatur in ejus dictione posuerim, sed cum Stallbaumio in juventute. Sed hac ipsa quaestione ad aliam adductus esse mihi videor, nempe ad eam, quo tempore Plato hos sermones habitos esse finxerit. Quae quidem jam saepius est tractata atque me omnibus quae ad illam pertinent diligenter comparatis haud secus judicare ac Corsinum [4]) fateor, tamen quae illius sententiae opponuntur expendere juvat. Itaque hoc episodium, quod certe Lysiae vitam attingit, superfluum videri nolim. Cephalus apud Platonem aetate jam provectus esse, Lysias vero apud Plutarchum Ol. 84, 1. Thurios abiisse dicitur. Lysias sermonibus adest atque quia etiam Euthydemus frater minor natu, ut

---

[1]) cf. Krueger. de Thucyd. vit. p. 37.
[2]) prosop. Plat. p. 114.
[3]) de Lys. p. 464. cf. Spengel. συναγ. p. 94.
[4]) cf. A. I; 13, 24.

videtur, commemoratur nihil disputans, puerilem aetatem agere videtur, Cephalus autem Ol. 84. jam mortuus erat, quod Plutarchus clarissime dicit; *τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος*. Itaque Bendidia primo celebrata et sermones illi habiti esse videntur Ol. 82. vel 83. Sic omnia quae de Lysia enarrantur bene se habent. Attamen vero difficultas quaedam obstat, quae ex aliorum auditorum aetate exorta est. Glauco enim et Adimantus Aristonis filii, Platone fratre minores, sermonibus aderant; Plato vero Ol. 87, 3. demum natus est. In qua fratrum aetate alia sententia nititur, ex qua colloquium c. Ol. 92. habitum esse dicitur. Qui huic opinioni favent, hoc fere modo argumentantur: Plutarchi verba Cephalum jam Ol. 84, 1. fuisse mortuum rejicienda esse; fortasse Cephalum cum filiis Thurios esse profectum, tum vero a Pericle Athenas arcessitum, scilicet Ol. 86, 4.; in Lysiae enim oratione adv. Erat. §. 4. triginta annos ante Ol. 94, 1. urbem adiisse dici; quia vero Polemarchus et Lysias adsint, hi autem Ol. 92, 1. Athenas redierint, colloquium hoc fere tempore, quo fratres quoque Platonis juvenes adhuc fuerint, habitum esse videri. Sed hanc sententiam non possum quin rejiciam. Plutarchi enim verba tam audacter despici licere mihi quidem non videtur. Cephalum Thuriis habitasse nemo refert, nisi Tzetzae verba prorsus turbata ad hanc sententiam explanes. Tum Ol. 86, 4. Cephalum Athenas venisse Lysias non contendit, sed tantummodo dicit, eum Periclem invitantem secutum ibi triginta annos habitasse; sequentia vero verba si respicias, ex Reiskii quidem translatione [1]) forsitan conjicias, hos triginta annos ab Ol. 94, 1. retro computandos esse; sed textus Graecus hanc rationem non probat; atque crediderim, Lysiam si Cephalus demum Ol. 94, 1. obiisset, hanc jacturam qua familia esset affecta recentem in oratione sua ut judices moveret non praetermisisse. Denique illo ratiocinandi modo non ii anni quos Cephalus ante iter Thurium Athenis peregerit, computantur, quos quindecim saltem fuisse ex Lysiae vita apparet. Quibus omnibus ex caussis atque quod Socrates ipse se juniorem vocat (p. 328. e.) equidem persuasum mihi habeo, Corsini sententiam probandam esse, atque uti jam Schleiermachero ex Bendidiorum tempore institutorum dubium visum est, utrum Plato temporum hic rectius quam in aliis dialogis

---

[1]) „Triginta per annos, quot inquilinum hic egit, neque ipse neque nos etc. quemquam in jus vocavimus."

rationem habuerit, an Cephalo, Lysia, Glaucone, Adimanto conjunctim inductis temporum rationem denuo neglexerit, ita equidem ex Cephali vita sine dubio contenderim, Platonem in temporum descriptione mirum in modum peccasse.

§. 5.

Ol. 84, 1. archonte Praxitele duodecimo anno ante bellum Peloponnesiacum Lysias Thurios se contulit [1]. Illo tempore quindecim annos natus dicitur a Dionysio et Suida; qua ex re vere a. 443. eum abiisse verisimile est. Photius quidem Lysiam ἔτος ἑξκαιδέκατον egisse contendit, sed quia Praxitelis archontatus laudatur, quin Dionysius et Suidas rectius referant non dubitandum est; neque sine jure Stephanus errorem Photii correxit. Si vero mea opinio stat, Lysiam a. 443. abiisse, non fuit quare Corsinus [2]) contenderet, non explicari posse, Lysiam archonte Philocle natum Praxitele archonte XV. annum aetatis egisse, nisi alteruter archon sive terminus includeretur, cum inter archontes illos XIV solum archontes alii intercessissent. Summo enim jure possumus statuere, Lysiam cum annum XV. aetatis ipsum absolvisset Thurios esse profectum; qua cum computatione Dionysii locus, si accurate scriptum putamus, optime congruit, quoniam bellum Peloponnesiacum Munychione Ol. 87, 2. (m. April. 431.) exarsit. De Thuriorum conditorum tempore viri docti mirifice inter se dissentiunt [3]), neque certi quidquam definiri posse videtur. Coloniam deductam esse Callimacho Athenis archonte Ol. 83, 3. ducibus Lampone et Xenocrito plerique Diodori verbis (XII. 10.) confisi contenderunt, ut Scaliger, Ger. Vossius, Fabricius, Heynius; alii vero, ut Larcherus, Dahlmannus, Kruegerus [4]), et recentiores fere omnes ex locis de Lysiae itinere allatis coloniam illam deductam esse Ol. 84, 1. collegerunt. C. F. Hermanno [5]) teste singularis commentatio est Voemelii: „quo anno Thurii conditi sint?" Francof. 1833., qui, quod etiam Hermannus a. 444. Thurios esse conditos statuit, eandem sententiam videtur defendisse. Illud vero programma scholasticum legere mihi non contigit; quod si legissem, ego quoque fortasse opinionem vulgarem sequerer. Quare nunc meam sententiam explicare mihi liceat.

---

[1]) cf. Dion. Hal., Plut., Phot. l. l.
[2]) f. A. I, 9, 38.
[3]) cf. Heyse de Herod. vit. p. 63. sqq.
[4]) vit. Thucyd. p. 50.
[5]) antt. Graec. p. 172. not. 22.

Callimacho archonte coloniam Sybarim deductam esse Diodorus narrat, sed ab hac illam cui Lampo et Xenocritus praefuere diversam ipse asserit (*μετὰ βραχὺ μετασταθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον προσηγορίας ἑτέρας ἔτυχε κτιστῶν γενομένων Λάμπωνος καὶ Ξενοκρίτου τοῦτον τὸν τρόπον*) atque Lysimachide archonte (**445 — 444.**) in illas regiones eam profectam esse crediderim. Diodorus quidem (XII. **10. 11.**) ubi de contentione inter veteres Sybaritas et novos accolas exorta loquitur *Θουριομάντεις* alteram factionem fuisse videtur significare; sed errorem facillime ex Strabone (VI. p **263.**) ita corrigere licet [1]), ut illam fuisse coloniam Callimacho archonte advectam conjicias. Quum vero hoc bello Sybaritae fere omnes occisi essent, victores e tota Graecia colonos acciverunt, qui ducibus Lampone, Xenocrito, aliis, Thurios condiderunt archonte, ut videtur, Lysimachide. Ulterius tempus adventus proferre non licet; tunc enim Sybaritae, qui periculum rebellionis fugerant, ad Traentum flumen sedes collocasse (Diod. XII, **22.**) atque Praxitele archonte jam Thurii contra Tarentinos pugnasse dicuntur (Diod. XII, **23.**). Diodori quamquam incuria in historiis scribendis nota est, tamen in iis quae ad chronologiam spectant accuratior est, ita ut equidem hanc narrationem rejicere non ausim. Ex qua vero computatione sequi apparet, Lysiam nostrum non illam coloniam, cui praefuit Lampo comitatum, sed postea demum Ol. **84, 1.** profectum esse. In pulcram enim illam regionem Graeci migrare non desierunt [2]); atque ut Herodotus [3]), ita Lysias aliquot demum annis post novam coloniam conditam eo se recepisse videtur. Huic quidem sententiae Plutarchus obstat; dicit enim: *ἐπεὶ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν ἔστελλεν ἡ πόλις*; sed nisi Plutarchum hac in re errasse ponamus, hanc unam difficultatem quomodo removeam nescio; unam dico quia excepto Photio qui in his narratiunculis omnibus Plutarchum sequitur ceteri vitae Lysiae scriptores non tam definite quam illi hanc rem affirmant; Dionysius enim Thurios esse profectum Lysiam testatur et quamvis adducaris ut ex verbis *κοινωνήσων τῆς ἀποικίας* illam Lamponicam elicias, tamen quid vetat nos statuere post illam esse recentem deductam? Suidas etiam nullis verbis additis tradidit; *εἰς Θουρίους ᾤχετο.*

---

1) cf. Ullrich. diss. de Sybar. p. 56.
2) cf. Andoc. in Alcib. §. 12.
3) cf. Heys. l. l. p. 68.

Lysiae comites fuerunt aut fratres duo testibus Dionysio et Suida, aut Polemarchus solus secundum Plutarchum et Photium; utra narratio vera sit, incertum est. Causam qua Lysias ut Thurios proficisceretur adductus sit, in eo ponas, quod ibi opes augendi accolis spes erat, uti etiam scriptores affirmant. Photius quidem ait: ἐφ' ᾧ τοῦ πατρώου μετασχεῖν κλήρου; huius vero auctoritati nihil obtemperandum est. Colonis enim priusquam Thurios advenerint agros esse assignatos e Diodoro (XII, 11.) minime colligas; Cephalum autem ante filios illuc emigrasse nusquam est narratum. Itaque in hac re iterum Photium vel verba Plutarchi imitatum esse apparet; Dionysius enim et Suidas cum de ἀποικίᾳ loquantur, Plutarchus verbo κλήρῳ utitur, quod quamvis nihil aliud quam sortem significans Photius negligenter explicuit in notionem hereditatis atque hac opinione imbutus ut accuratius explanaret ex suo ingenio addidit πατρώου.

Urbe instaurata Thurios ad popularem statum rempublicam temperasse diserte traditum est a Diodoro (XII, 11.); Charondae legibus usi sunt, ad quas recipiendas, ut optime Heynius [1]) exposuit, invitare potuit partim vicinitas Rheginorum iisdem utentium, partim ultima stirpis cognatio: nam etsi ex omni Graecia confluxerat colonorum multitudo, Atheniensium tamen superabat numerus; erant autem hi Jonicae originis, ad quam et Chalcidicae urbes referebantur. Inter Charondae leges praecipue illa insignis erat, in qua laudibus extollenda Diodorus verbis non pepercit, scilicet ut omnes civium filii literis instituerentur civitate praeceptoribus stipendia solvente (Diod. XII, 12. 13.) qua lege Charondas τὰς ψυχὰς τὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε. Thuriis igitur quum literae colerentur, non solum pueros elementa omnis scientiae docturi illuc se contulerunt, sed etiam ille qui inter Graecos oratores et sophistas doctrina excellentissimus [2]) floruit, Tisias, post litem cum Corace praeceptore peractam [3]), isque Lysiam in arte erudiisse dicitur a Plutarcho, Photio, Suida, Eudocia. Alius quoque rhetor, Nicias Syracusanus, praeceptor Lysiae vocatur ap. Plut., Phot., Suid., Eud.; hic vero quamquam apud nullum alium scriptorem occurrit, tamen recentiores Siculi ex his locis solis de

---

[1]) opuscc. II. p. 160. sqq.
[2]) cf. Mongitor. bibl. Sic. II. p. 267.
[3]) cf. prolegg. Hermog. rhet. p. 6. Ald. p. 14. T. III. Walz. Spengel. συν. p. 37.

ejus vita conjecerunt, ut Bonannus (l. l. II. p. 310.), atque etiam Mongitor (II. p. 85.) collegit, artis praecepta rhetoricae eum Syracusanos docuisse, clarum Ol. 87. Sed jam Tayloro quis iste fuerit incertum esse visum est. Nusquam exceptis locis citatis memoratur, quod sane notatu dignum est, quia saepissime primi eloquentiae magistri laudantur. Equidem Spengelio assentior contendenti (p. 38.) oratorem ejus nominis non extitisse. Quomodo nomen exortum sit, praeclare Spengelius explicuit, rarius nempe nomen Siculum *Τισίας* in Atticum magis tritum Niciam transiisse, ut nihil sit nisi varia et negligenda lectio, alteri et verae opposita, qua exorta additum sit *καὶ* et singularis *Συρακούσιος* in multitudinis numerum necessario correctus. Subiit de nominis origine me alia quoque opinio; veteres enim habebant *ἀπολογίαν* quam Lysias pro Nicia duce scripsisse et Nicias a Syracusanis captus habuisse dicebatur [1]); hanc Theophrastus genuinam, Dionysius subditam putavit; factum igitur esse potest, ut scriptor quidam futilis his sententiis turbatus ex Lysiae oratione a Nicia Syracusis habita praeceptorem quendam Lysiae Niciam Syracusanum finxerit. Utcunque res se habet, ex uno eodemque fonte satis turbido illos auctores supra laudatos hausisse credamus.

Per longum tempus Thuriis habitabat Lysias. Recuperata domo ac divitiis rempublicam administravit; quali autem magistratu [2]) functus sit incertum est. Sed haec quoque colonia iisdem quibus Graecia motibus agitari coepta est. Cives erant in X tribus descripti nominibus ab origine et patria impositis; ex tota enim Graecia coloni erant collecti; rempublicam vero ad popularem statum accommodaverant, id quod Diodorus testatur quodque etiam numero Atheniensium solemni X inest. Plerique coloni erant ex Attica oriundi, qui Thurios Atheniensium coloniam haberi volebant. De qua re quum diu actum esset tandem Apollinis ut vocaretur colonia decretum est Ol. 86, 3. [3]). Ex his intelligimus non justam fuisse inter colonos concordiam. Jam vero studium factionum potissimum augebatur lege Charondae, ex qua honestum habebatur, eum indicare cujus quis facinoribus conscius esset, ut respublica salva esset quasi multos habens bonae constitutionis custodes [4]). Lex haec to-

---

[1]) vid. infra fragm. 104.
[2]) cf. Wachsmuth. antt. Gr. I, 2, 98.
[3]) cf. Diod. XII. 35. Heyn, opuscc. II. 141.
[4]) cf. Stob. serm. 42. Heyn. l. l, p. 86.

lerabilis esse potuit in ea civitate in qua disciplinae magna esset severitas, morum simplicitas et deorum reverentia et jurisjurandi religio valeret; sed periculosa quoque et lubrica, quia sycophantis omnique sceleri et flagitio aditus parabatur. Brevi tempore factiones diversae existere coeperunt, ex qua re cur Alcibiades Ol. 91, 2. Thurios aufugerit elucet. Atheniensibus vero in Sicilia victis Thuriorum animi in Lacedaemoniorum partem se converterunt et factione altera quae *ἀττικίζειν* videbatur urbe expulsa constitutionem magis aristocraticam instituerunt teste Aristotele [1]). Illo tumultu Lysias ejectus est cum trecentis aliis Atticismi accusatis teste Dionysio Hal. [2]). Usque ad Cleocritum archontem Ol. 91, 4. Lysias magistratum gesserat [3]); tumultu exorto Callia archonte Ol. 92, 1. Thuriis ejectus Athenas confugit. Pervenit eo tempore, quo quadringenti viri imperium jam obtinuerant, ut Plutarchus et Photius tradunt; qui postquam per quattuor menses rempublicam administraverunt, Theopompo archonte Ol. 92, 2. amoti sunt [4]). Lysias ergo a. 411. vere revertit, annum quadragesimum septimum agens, ut dicunt Dionysius et Suidas. Thuriis igitur habitaverat annos XXXII [5]).

§. 6.

Quadringenti viri caedibus quibus adversarios suos persecuti sunt et populi odium excitaverunt; et mox inter ipsos inimicitiae exortae sunt. Altera pars cui Theramenes praefuit in gratiam cum populo rediit, ab altera vero Phrynicho,

---

[1]) pol. V. 6. 6. ubi cf. Schneideri ann.; Heyn. l. l. II. p. 147.

[2]) Plutarchus dicit: *μετ' ἄλλων τριῶν* et Photius: *μεθ' ἑτέρων τριῶν*, quos potius *μετ' ἀδελφῶν τριῶν* scripsisse Taylorus p. 56. suspicatus est; hoc vero ex eo quod iidem unum solum fratrem Lysiam Thurios esse secutum narrant non crediderim; quare scriptores laudati origine mendi ex confusione numerorum *Γ* et *Τ* (proclivi sane lapsu cf. Meurs. lectt. Att. IV, 15.) aperta ad Dionysii verba corrigendi sunt.

[3]) Plutarchi et Photii mendum *ἕως Κλεάρχου* a Meursio perperam tentatum correxerunt Taylorus et Corsinus f. A. III. 251.

[4]) cf. Corsin. f. A. p. 253. Meier. de bon. damn. p. 3. sqq. p. 9. Krueger. ad Dion. Hal. historiogr. p. 362 — 390. Clinton. f. Hell. p. 82. Kr.

[5]) Plutarchus quidem dicit: *ἔτη ἑξήκοντα τρία*, sed mendum esse apparet atque quomodo exortum sit Taylorus explicare tentavit; quod numeros Plutarchus scripserit incertum est; mutare autem in *τριάκοντα τρία* audacius mihi videtur; equidem iis qui corrigunt *ὡς τριάκοντα* lubenter assentior.

Antiphonte, aliis Spartam ut pacem facerent missis arx ad Piraeei ostium condita est. Sed tumultu exorto Phrynichus qui re infecta Sparta revertebatur est occisus, alii vulnerati [1]). Jam CCCC viri ad populum permulcendum quinque milia civium etiamtunc imperio exclusos participes reipublicae administrandae erant facturi; sed populus nuntio de Euboeae defectione allato irritatus illos republica amovit [2]). Pisander et Aristarchus effugerunt, Antipho et Archeptolemus accusati imprimis a Theramene capitis supplicio affecti sunt [3]). Deinde ad quinque milia civium ex omnibus qui arma gerere possent summo imperio delato senatuque restituto plura concilia quinque milia civium illa habuerunt. Interea Alcibiades postquam Thrasybulo potissimum annitente ac Theramene suffragante plebiscito restitutus [4]) Lacedaemoniis victis Atheniensium fortunam refecit, Thargelione Ol. 93, 1. [5]) Athenas revertit. Sed ad bellum continuandum mense Boedromione profectus in invidiam mox recidit. Theramenes enim, Thrasybulus, Cleopho, Philocles, Cligenes, Cleomenes effecerunt, ut clade Antiocho ad Ephesum illata Alcibiadi magistratus abrogaretur aliique duces decem in ejus locum substituerentur. Factionibus autem internis Atheniensium respublica in mala irruit. Duces enim qui Ol. 93, 3. Callia archonte ad Arginussas vicerant capitis accusati et plerique necati sunt [6]), Theramene praecipue instante. Ad Aegos deinde flumen Ol. 93, 4. Alexia archonte Athenienses plane victi sunt; Senatus quidem Areopagiticus ad salutem reipublicae afferendam Patroclide rogante ἀτίμους in civitatem recepit [7]); Cleopho populum ad bellum excitavit [8]); Archestratus pacis cum Lacedaemoniis ineundae auctor in vincula conjectus est [9]). Sed plures viri conjurati quibuscum Theramenes denuo se conjun-

---

[1]) cf. Thuc. 8, 89 — 92. Lys. adv. Agor. §. 7. de olea sacr. §. 4 Lyc. in Leocr. c. 30. Plut. Alcib. 25. Meier. de bon. d. 181. Krueger. ad Dionys. historiogr. p. 384.
[2]) cf. Meier. l. l. p. 182 sq. Krueger l. l. p. 381. sqq. 388.
[3]) cf. Lys. adv. Erat. §. 67.
[4]) cf. Diod. 13, 38. Nepot. Alc. 5. Baehr. ad Plut. Alcib. c. 26.
[5]) cf. Clinton. p. 84.
[6]) cf. Luzac. de Socr. civ. p. 114. 123. Schoem. de com. p. 91. F. 126. 160. sqq. 195. 206. sqq. Meier. l. l. p. 15. 219. Lelyveld. de infam. p. 47.
[7]) Xen. H. II, 2, 11. Lys. adv. Erat. §. 69. de affect. tyr. §. 27. Andoc. de myst. §. 73. Boeckh. ind. lectt. un. Berol. $182\frac{8}{9}$. p. 6 — 9.
[8]) cf. Meier. de bon. damn. p. 219.
[9]) Xen. H. II, 2, 15.

xerat, rerum potiti quinque *ἐφόρους* instituerunt [1]) atque senatum sibi obnoxium fecerunt. Cleopho qui vehementissime iis obsisteret occisus est [2]). Lysander advenit et urbem obsedit; Athenienses fame vexati pacem petiere per legatos ad Agidem tum Spartam missos; legati vero ad fines Laconicos rejecti, conditiones neglectae sunt. Theramenes, qui cum Lysandro jam colludebat [3]), legationem ad eum suscepit; quadrimestri vero ejus mora Athenienses ad extremam inopiam adacti se subjecere et urbem die **16.** Munych. Ol. **93, 4.** (**26.** April. **404.**) dediderunt. Lysandro adhuc praesente Theramenes proposuit, ut summae rerum XXX viris deferrentur eo consilio ut leges patrias conscriberent [4]); decretum a Dracontide conscriptum populus recepit [5]). Nomina XXX virorum tradidit Xenophon atque descriptionem hujus temporis Taylorus et Corsinus [6]) illustraverunt. Pythodoro nimirum archonte erat quae vocatur *ἀναρχία*. Viri triginta contra senatum quidem instituerunt, sed totum fere ex istis CD factionis oligarchicae sociis electum [7]); in urbe praeterea XI, in Piraeeo X archontes ad disciplinam publicam tuendam facti sunt [8]). Ab initio XXX viri magnam moderationem adhibuerunt et rempublicam impiis viris expurgandam esse ceterosque cives ad virtutem justitiamque adducendos [9]) edixerunt. Primum sycophantarum pessimus Epigenes sive Epitedeius interfectus est, tum alii [10]) supplicio affecti sunt. Mox vero tempora atrocia inciderunt. XXX viri ex omnibus civibus tria milia adsciverunt, quibuscum dicis causa imperium communicaverunt quibusque solis arma gerere permiserunt; ceteris vero omnibus, *τοῖς ἔξω καταλόγου*, arma erepta sunt, praeterea

---

1) Lys. adv. Erat. §. 67, 43.
2) cf. Lys. adv. Agor. §. 7 — 12. adv. Nicom. §. 10 — 13. de Aristoph. bon. §. 48. Xen. H. I, 7, 40. Meier. l. l.
3) Lys. adv. Erat. §. 70.
4) Lys. adv. Erat. §. 73. Xen. H. II, 3, 2. 11.
5) Schol. Arist. Vesp. 157.
6) Taylor. vit. Lys. p. 137. 138. R. Corsin. f. A. I, 9. 24. III. p. 262.
7) cf. Lys. adv. Agor. §. 20. 74. de affect. tyr. §. 19. Xen. H. II, 3, 11.
8) cf. Platon. epp. VII. 324. D. Schneider. ad Xen. H. II, 4, 19. Wyttenb. ecl. hist. p. 410.
9) Lys. adv. Erat. §. 5.
10) Lys. d. affect. tyr. §. 25. Xen. H. II, 3, 12. Diod. XIV, 4. Plut. de carn. esu B, 4. T. V. p. 60. Wytt. Meier. d. b. d. p. 184.

autem inermes in oppido morari sunt vetiti [1]. Virorum illorum trium milium neminem enuntiatum est supplicio capitis posse affici nisi senatusconsulto esset jussum, ceterorum vero quemcunque XXX virorum sententia damnaret [2]. Ad cives autem continendos DCC milites Callibio praefecto missos a Lysandro acceperunt et ex ipsis juvenibus Atheniensibus equitum alam stipendiariam collegerunt [3]. Ad stipendia persolvenda Piso et Theognis in senatu sententiam dixerunt, ut unusquisque XXX virorum singulos [4] vel binos [5] vel cuncti decem inquilinos [6] eligerent et necarent eorumque bona sibi arrogarent. Haec illi qui proposuerunt facillime sociis persuaserunt.

Lysias ex quo redierat cum Polemarcho clypeis fabricandis operam navavavit qua in re servos CXX occupatos habebant. Divitiis inde pollentes plures choros instruxerant et tres domus possidebant, qua ex re fratres ἰσοτελεῖς eos fuisse apparet [7]. Jam vero Lysias deprehensus Pisoni traditus est; cui talento oblato ut ipsum in salutem redacturum se esse polliceretur, primum quidem persuasit; sed mox Piso jureinrando nihili facto omne argentum [8] et supellectilem Lysiae eripuit, qui deinde Theognidi ceterorum qui ex inquilinis delati erant custodi traditus est. Qua vero ex custodia Lysias in Piraeum ad Archeaeum quendam nauclerum effugit. Polemarchus interim ab Eratosthene in carcerem erat deductus; quod cum audivit Lysias proxima nocte nave conscensa Megara effugit, Polemarchus vero cicutam bibere coactus est [9]. Quo anni tempore haec Lysiae fuga acciderit non prorsus apparet; factam vero eam esse Pythodoro archonte Ol. 94, 1. non negandum est neque Clinto [10] referre debebat, Lysiam Alexiae anno expulsum esse, ἑπτὰ ἔτη, quae Lysiam Athenis peregisse Plutarchus testatur, urgenda esse putans; haec enim sententia cum Plutarchi ipsius verbis antecedentibus non quadrat. — XXX viri Atheniensibus caedes

---

1) Lys. de affect. tyr. §. 16. in Philon. §. 8. Xen. H. II, 3, 19. 20. 41. II, 4, 1. Meier l. l. p. 185.
2) Xen. H. II, 3, 51.
3) Xen. H. II, 3, 13. 42.
4) Xen. H. II, 3, 21. 40.
5) Diod. XIV, 5.
6) Lys. adv. Erat. §. 7, ubi cf. Bremii ann. Cf. Wyttenb. ecl. hist. p. 401. Meier. p. 184.
7) cf. Boeckh. Oec. civ. I. 155. II, 75. 78.
8) cf. Boeckh. O. c. I, 25. II. 76.
9) cf. Lys. adv. Erat. §. 8 — 19. Plut. vit., de carn. esu l. l., Phot. vit.
10) f. H. p. 93. 287. Kr.

inferre non abstiterunt, inquilinis enim jam multis aut necatis aut fugatis furorem in cives effuderunt; etiam Salamine et Eleusine plurimi deprehensi Athenas abstracti supplicio affecti [1]) sunt. Accusatorum impiissimorum ut Batrachi et Aeschylidis [2]) ope tyranni usi sunt. MCD cives necati esse referuntur [3]), inter quos Niceratus Niciae f. [4]), Eucrates Niciae frater [5]), Antipho Lysidonidae f. [6]), Leo Salaminius [7]), Autolycus, Strombichides, Dionysodorus [8]), Lycophro Lycurgi oratoris avus [9]). Ad populum coercendum navalia tribus talentis vendita sunt, eloquentia doceri vetita [10]), suggestus oratorum in foro a parte maris ad terram conversus [11]). Brevi vero tempore inter XXX viros contentione exorta Theramenes a Critia munere vitaque est privatus [12]). Ad Phylen pagum exules convenerunt, Lysiae potissimum eos adjuvante qui quingentos [13]) vel trecentos [14]) milites et stipendia misit cum Hermane quodam [15]) ablegatus. Contulit praeterea duo milia drachmarum et clypeos CC [16]) hospitemque Thrasydaeum [17]) Eleum perdu-

---

1) cf. Lys. adv. Agor. §. 63. adv. Poliuch. §. 11. Xen. H. II, 3, 17. Diod. XIV. 32. Sallust. bell. Catil. c. 51.

2) cf. Lys. adv. Erat. §. 48. adv. Andoc. §. 45.

3) cf. Wyttenb. ecl. hist. p. 201. 244. 399 — 417. Luzac. de Socr. civ. p. 201. Meier. d. b. d. p. 186.

4) cf. Xen. H. II, 3, 39. Diod. XIV, 7. Plut. de carn. esu B. 4. Meier. d. b. d. p. 186. Lys. adv. Poliuch. §. 6.

5) Lys. adv. Poliuch. l. l. Suid. v. ἄπεστε.

6) Xen. H. II, 3, 40. cf. infra fragm. 12.

7) Xen. H. II, 3, 39. Plat. apol. c. 20. Andoc. de myst. §. 94. Dio Chrysost. or. 43. p. 191. T. II. R. Themist. or. 20. p. 293. Dind.

8) Lys. adv. Agor.

9) Plut. vit. Lyc. p. 345. Clinton. p. 161.

10) Xen. Mem. I, 2, 31.

11) Plut. Themist. 19.

12) Xen. H. II, 3, 15 — 56. cf. Wyttenb. ecl. p. 201. Luzac. de Socr. civ. p. 38. 127.

13) Justin. V, 9. Oros. II, 27.

14) Plut. ex emend. Wyttenb., Phot.

15) Ἕρμονι, ait Photius; diversus est Hermo dux cf. Xen. H. I, 6, 32. Boeckh. ad C. J. I, p. 220. Dem. c. Aristocr. §. 212. Plut. Alcib. 25; alius infra in frg. 39. nobis occurret.

16) DCCC, ait Tzetzes Chil. V. 990, qui hanc narratiunculam mire confudit; retulit enim ad Cephalum patrem, quem insuper cum rhetore Cephalo permiscuit.

17) sic recte vocat Photius; idem est, quem προστάτην τοῦ δήμου vocat Xenophon H. III, 2, 27. cf. Clinton. p. 98. Apud Plutarchum male legitur Thrasylaeus.

xit ut duo talenta daret. Thrasybulus Lyci f. Stiriensis in Piraeum irruit et XXX viros aggredientes fugavit; ex quibus occiderunt Critias et Hippomachus, ex X autem archontibus in Piraeo Charmides Glauconis f. [1]). Viri XXX munere inde amoti Eleusinem se contulerunt, et alii X viri reipublicae constituendae causa selecti sunt iique singuli ex singulis curiis [2]), inter quos Phido ex XXX virorum collegio, Hippocles, Epichares Lamprensis [3]), Molpis [4]), Rhino [5]). Cum autem hi et XXX viri a Spartanis auxilia petissent, Lysander cum exercitu advenit, sed Pausanias illius gloriae invidens ab Eucrate vel potius a populo et exsulibus corruptus pecunia [6]) paullo post effecit, ut utraque populi pars quae morabatur in urbe et in Piraeo reconciliaretur [7]) Illi quidem qui Eleusine erant denuo peregrinos mercede conduxerant, sed duces ad colloquium cum Atheniensibus progressi tanquam pacis victimae trucidati, ceteri autem ad reconciliationem cum populo ineundam legemque oblivionis accipiendam commoti sunt. Erat illa lex pacis inter Thrasybulum et τοὺς δεκαδούχους compositae conditio: ne quis afficeretur exilio neve bona publicarentur, exceptis XXX viris et XI viris et X Piraei archontibus [8]) iisque vel omnibus hac una conditione, si suorum facinorum rationem reddere recusavissent; liberis etiam XXX virorum Athenis morari permissum est [9]). Jurijurando senatorum additum est, ut neque ἔνδειξις neque ἀπαγωγὴ rerum antea actarum nisi earum quae ab exulibus actae essent acciperentur, simillimumque erat judicum jusjurandum. Ii qui XXX viris equites

---

[1]) Xen. H. II, 4, 19.

[2]) cf. Meier. de bon. damn. p. 188.

[3]) Lys. adv. Erat. §. 55.

[4]) Harp. v. δέκα, Meier d. b. d. p. 187. not. 95.

[5]) Isocr. c. Callim. 728. Heracl. Pont. p. 4. ed. Köhler.

[6]) cf. Lys. adv. Poliuch. §. 10.

[7]) Ol. 94, 2. init. Sequor in tempore constituendo Krueger. ad Clint. p. 92, quamquam scrupulum mihi injecit locus Lysiacus. Is qui Lys. or. de sacr. ol. habuit agrum emit εἰρήνης οὔσης; nescio num hoc verbum de anarchia possit dici praesertim si respicias verba antecedentia §. 4: ὀλίγῳ πρὸ τῶν τριάκοντα Ἀντικλῆς κ. τ. λ. Si εἰρήνη tempus post XXX. viros expulsos significat, exules jam Ol. 94, 1. Pythodoro archonte reverterunt (§. 9.).

[8]) cf. Schneider. ad Xen. H. II, 4, 38. Etiam τοὺς δεκαδούχους exclusos esse contendit Meierus d. b. d. p. 189; ejus vero argumenta mihi rem non probare videntur.

[9]) cf. Dem. adv. Boeot. p. 1018.

fuerant ut stipendia resolverent eorumque nomina tabulis inscripta publice collocarentur imperatum est. Haec oblivionis lex apud veteres [1]) summis laudibus effertur; admiranda certe est populi moderatio.

§. 7.

At exules quum in Piraeo essent publice pronuntiaverant, omnes peregrinos secum conjunctos in hostesque bellaturos *ἰσοτέλειαν* donum esse accepturos [2]). Itaque Lysias post reditum a Thrasybulo coram populo qui civis Atheniensis fieret, quod de republica optime meritus esset, dignus declaratus est. Populus quidem rogationem accepit, nihilominus orator noster repulsam tulit non quod ipse hoc honore indignus esset, sed quia Thrasybulus non lege egerat, et hic hanc ob rem ab Archino accusatus est quod legem sine senatus consulto ad populum tulisset (*παρανόμων διὰ τὸ ἀπροβούλευτον*). Hinc Lysias civitate [3]) non accepta in *ἰσοτελοῦς* statu permansit. De ejus reliqua vita nihil traditum est nisi eum cum Aristophane Nicophemi f. et Eunomo Dionysium Syracusanum adiisse; cuius legationis princeps erat Aristophanes Dionysio persuasurus, ut cum Euagora Cyprio affinitate se conjungeret. Quod exponitur in Lysiae ipsius orationis de Aristophanis illius bonis §. 19. Sed illum locum tentaverunt viri docti; scilicet pro *μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου* Taylorus legi vult: *μετὰ Εὐνόμου τοῦ Λυσίου*, Meierus de bon. damn. p. 52. *μετὰ Εὐνόμου Καρυστίου*; quam ob rem, non assequor. Omnia enim optime ad Lysiam nostrum possunt referri; orator enim dicit: *εἰς Σικελίαν ᾤχετο ὑποστὰς μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου, φίλου ὄντος καὶ ξένου, τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πλεῖστα ἀγαθὰ πεποιηκότος, ὡς ἐγὼ ἀκήκοα τῶν ἐν Πειραιεῖ παραγενομένων.* Lysias nonne exulibus bene fecerat? nonne erat *ξένος* (*ἰσοτελής*)? Franzium (de Lys. p. 6.) mecum consentire gaudeo nostramque sententiam etiam Meierus jam sequi videtur; inter Isocratis enim discipulos Athenienses Eunomum enumerat eundemque nostro loco significari putat (ind. lectt. un. Hal. 1831. p. 4.).

---

[1]) cf. Flav. Vopisc. Aurelian. c. 39. Oros. VII, 6.
[2]) cf. Xen. H. II, 4, 25.
[3]) cf. Plut., Phot., Tzetz. Chil. V, 993. Aesch. in Ctes. §. 195. Meier. de bon. damn. p. 54. 121. De Reiskii errore ex Ciceronis, ut videtur, minus accuratis verbis Brut. 16. exorto cf. Westermann de publ. Athen. honor. p. 35. not.

Athenis decessit Lysias, ut videtur, Ol. 100¾ (378) Nicone vel Nausinico archonte annos natus 80 [1]). Alii de tempore mortis oratoris alia tradunt; eum complevisse aut annos 76 (Plut. et Phot.) aut plus 80 annos (Plut.) aut annos 83 (Plut. et Phot.) scriptum reliquerunt.

§. 8.

Athenaeus (XIII. p. 592. b. c. 593. f.) et Plutarchus Demosthene teste allato commemorant, Lysiam nostrum cum Metanira meretrice rem habuisse. Nicaretae lenae, quae domi VII puellas meretrices unde victum quaereret habebat, Antiam, Stratolam, Aristocleam, Metaniram, Philam, Isthmiadem, Neaeram, Lysias persuasit ut Metaniram secum Athenas ad mysteria duceret; quibuscum Neaera aetate minor, arti vero meretriciae jam dedita, advenit [2]). Hanc rem non ad nostrum Lysiam pertinere posse duosque fuisse Lysias confusos Taylorus [3]) contendit cum aliis levioribus rationibus innisus, tum hac quod Neaera contra quam Demosthenes orationem scripserit, minima fuerit aetate eo tempore quo Lysias orator in extrema senectute diem supremum obierit; quare Metanira quam Neaera jam grandiuscula secuta sit, non a nostro Lysia Athenas arcessita esse videatur. Sed huic argumentationi multa opponas. [4]). Lysias enim vocatur Cephali filius (p. 1352) nec probabile est, eodem fere tempore duos ejusdem nominis fuisse oratores eosque Cephali filios. Tum vocem σοφιστής, ea enim Lysias appellatur, quam Taylorus urget, tanta esse significationis varietate, ut veteres ipsos vacillasse et scriptorem quemque alium aliud intellexisse credas, diligenter exposuit Spengelius. Denique Neaera (p. 1352, 12) comitata esse dicitur, jam merens quidem corpore, sed tenerioris aetatis quam ad talem quaestum idonea, quippe nondum satis matura viro. Itaque quo tempore venit Athenas vix duodecim annos erat nata; postquam cum multis amatoribus consuetudinem habuit, a Phrynione ad convivium ad amicum Chabriam (Ol. 101, 3. 373.) ducitur ab eoque Ol. 101, 4. aufugit, quo tempore trigesimum fere annum egisse videtur; multo post Ol. 110, 1. (340.)

---

[1]) Dion. Hal. Lys. 12. p. 479. cf. Corsin. f. A. III. p. 300. Spengel. συν. p. 133.
[2]) Dem. c. Neaer. p. 1351 sqq. §. 21 sqq.
[3]) Idem jam suspicatus est Jonsius I, 7, 36.
[4]) cf. Reisk. ad Dem. c. Neaer. p. 1351, 26. Clinton. p. 371. Spengel. συναγ. p. 133 sq.

accusatur. Inde consuetudo quam Lysias cum Metanira habuit, c. Ol. 97. acciderit, quo tempore orator 66. fere annos erat natus, neque est quare tum ejus matrem (cf. or. adv. Neaer. p. 1352.) adhuc vixisse negemus.

Athenaeo teste (XIII. p. 592. c.) Lysias etiam aliam meretricem habuit Lagidem, cujus laudes Cephalus quidam scripsit [1]). J. A. Fabricium et J. Bonannum, qui istam cum Laide confuderunt, correxit jam Sigebertus Havercampius (ad Bonann. p. 310.).

Uxorem legitimam habuit Lysias filiam fratris Brachylli, quam post consuetudinem cum Metanira initam a Plutarcho, rectius jam antea in matrimonium duxisse ab auctore or. in Neaer. dicitur.

Apophthegma Lysiae servavit Plutarchus de garrul. c. 5. ex eoque Arsenius viol. p. 342.

Imaginem Lysiae reperies ap. Fulv. Ursin. p. 85. atque ex eodem ap. Gronov. thes. Graec. Vol. II. tab. 69. et ap. Bonann. p. 310.

Priusquam hanc materiam relinquam, complures loci, quibus passim Lysiae nomen memoratur, illustrandi sunt; atque ejusdem nominis cum plures inveniantur, quot quibusque temporibus fuerint quoad cognosci licet, paucis mihi tradendum est. Sed hanc materiam fere omnem Taylori eximia doctrina [2]) mihi eripuit, quare nihil nisi viri doctissimi verbis hic illic perpauca addere mihi superest. Lysias archon Ol. 24¼ commemoratur in marmore Pario, de quo cf. Corsin. f. A. I, 10, 4. 5. II. p. 84. III. p. 39. Alter Lysias est dux Atheniensium qui proelio ad Arginussas interfuit δέκατος αὐτός, a populo capitis condemnatus (cf. Xen. H. I, 5, 16. 6, 30. 7, 1. Diod. XIII, 74. 99. 102.). Tertius est qui duobus Speusippi dialogis nomen dedit, quartus Tarsensis Epicureus ex sophista tyrannus factus (Athen. V. p. 215. c.). Tempore quo Diogenes Cynicus vixit Lysias pharmocopola (Diog. Laert. VI, 42.). Ejusdem nominis eximius sculptor occurrit ap. Plin. h. n. XXXVI. 5. Septimus est Lysias Seleuci I. Nicatoris legatus (Polyaen. I, 4.) a quo fortasse oriundus est Lysias tutor pueri Antiochi Eupatoris Romanis ejectis et C. Octavio occiso notus, quem debellavit Judas Maccabaeus, postea vero una cum Antiocho Demetrius Soter necavit Ol. 154, 4. (cf. Euseb. chron.

---

[1]) cf. Westerm. hist. eloq. Gr. p. 71.

[2]) ann. ad or. de Erat. caed. ab init. et lectt. Lys. cap. 1.

I. p. 384. ed. Ancher, Maccab. I, 3, 32. sqq. Joseph. antt. XII, 11. 15. 16. Appian. Syriac. Polyb. hist. XVIII, 30. 33. XXI, 15. 19. Hegesipp. de excid. Hieros. II, 13. Flor. epit. hist. I, 46. Jul. Obseq. de prodig. 74. Zonar. ann. IX, 25. Nonus est Claudius Lysias tribunus militum in Act. Apost. XXIII. 26. memoratus. Decimus est qui ab Eusebio (II. p. 283.) et Themistio (or. 16. p. 250. Dind.) laudatur Lysias Quietus Judaeus, qui plurimis Judaeorum seditiosorum in Mesopotamia myriadibus internecione deletis praeses Judaeae ab imperatore declaratus est anno imperatoris Trajani XVIII. i. e. Ol. 223 a. 115. p. Chr.; quem vero Xiphilinus, Spartianus et Dio Cassius (ap. Bekk. An. p. 178, 5.) *Λούσιον* appellant. Undecimus est Isidorus Lysias, qui M. Aurelio Antonino Philosopho et Lucio Vero Impp. vixit (Fronton. epp. II, 11. p. 221. Nieb.). Duodecimus est Lysias medicus incerti aevi citatus a Celso V, 18; decimus tertius *μουσικῆς ἐπιστήμων, εἵς τις τῶν σύνταξιν παρ' Ὀνησικράτους λαμβανόντων* laudatus a Plutarcho (de mus. cap. 2.). Decimum quartum affero qui sub Diocletiano bis Ciliciae praeses, decimum quintum, qui eodem et Licinio Impp. Armeniae finibus praefectus erat; utrumque Taylorus ex Actis Martyrum elicuit. Decimus sextus Lysiarum fidei Christianae fidelis laudatur a Ruinart. ad Act. Mart. a. 304. Decimus septimus est, cui inscripta est epistola Libanii III, 104., decimus octavus cui dantur duae epistolae Nili monachi (III. 109. 110.). Denique pro *Λήσσης ὁ Λαμψακηνὸς* ap. Tzetz. ad Lycophr. p. 322. ed. Mueller. praebent duo codd. *Λυσίας ὁ Λαμψάκου.* Nonnulli Lysiae citantur in inscriptionibus, ut *Λυσίας* in Boeckh. C. J. Vol. I. no. 172. l. 44. (inscr. milit. ex Ol. 110, 1. ant Ol. 116, 4.), *Λυσίας Λυσάνδρου* V. I. no. 966. *Νίκων Λυσίου Ἁλαιεὺς* V. I. no. 577., *Λυσίας Ἡρακλείτου* V. I. no. 1056., *Λυσίας* V. I. no. 1570 (ins. Boeot.).

Pars II.

De arte oratoria Lysiae ejusque orationum generibus.

Eloquentiae Atticae tria erant genera [1]) ex judicio veterum, τὸ ὑψηλὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Oratores primi generis (τοῦ ὑψηλοῦ, σεμνοῦ, ἁδροῦ, αὐστηροῦ, λογίου, μεγαλοπρεποῦς, φιλαρχαίου, uberis, magni, alti, gravis) erant grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam causam interdum subobscuri (Cic. Brut. 7.). Inter hos excelluerunt Themistocles (Thuc. I, 138.), Pericles, imprimis Thucydides historicus et Antipho orator. Eo usque eloquentia artis signo nondum erat notata; facultas ex natura ipsa oriebatur. Jam vero Coracis et Tisiae Siculorum studiis artis

---

1) Dion. Hal. de Demosth. dic. vi ab init.; Schol. anon. ad Hermog. form. T. VII. p. 1049 W.; Hermog. de form. c. II; Schol. ap. Spengel. συν. p. 76. 197.; Sopat. prolegg. ad Aristid.; Tryphon. de figur. T. VIII. p. 750. W.; Marcellin. vit. Thuc. 7; 23. Bk. Apud Homerum exempla horum generum citantur magnifici Ulixes, subtilis Menelaus, moderati Nestor a Gellio VII, 14; at Ulixes comparatur cum Demosthene, Menelaus cum Lysia, Nestor cum Isocrate a Syriano ap. Spengel. p. 119., Doxopat. prolegg. rhet. T. VI. p. 9. W., Anonym. de figur. T. VIII. p. 660. W., Schol. Hom. H. p. 107. a. 29. Bk. Plutarchus de vit. et poes. Hom. B. c. 72: sublime genus extare in descriptione terrae a Jove quassatae, tenue in expositione rationis, qua Hector filiolum salutet [Il. 6. 469], medium in enarratione Ulixis in procorum concionem prodeuntis. M. Varro ap. Gell. VII, 14. exempla auctor. Rom. affert.

praecepta conscripta sunt, quae Gorgias Athenas propagavit. Cujus orationum insolens erat verborum compositio, ficta gravitas, paria erant paribus adjuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria. Quibus sane artibus Gorgias primum Atheniensium animos commovit; sed Athenienses cum numerorum orationis et jucunditatis causa et ut varietas occurreret satietati eum avidiorem esse atque his festivitatibus intemperantius abuti brevi cognoscerent, hanc latam argutamque dictionem contempserunt, neque oratorem ullum hanc dicendi formam sibi elegisse memoriae traditum est. Sed alterum eloquentiae genus exortum est, cui inter historicos respondet Xenophon, genus subtile, tenue, gracile (λέξις λιτὴ, ἰσχνή, ἀφελής, ἀκριβής, καθαρά), ex quo laudantur Critias, Andocides, Lysias. Etiam Antipho ab eo non abhorret, exornatus perspicuitate et puritate, quamquam acerbitate obsoletisque verbis interdum est turbatus atque caret gratia. Andocides aliis quidem hujus generis virtutibus insignis saepius tamen in verbositatem et obscuritatem aufertur [1]). Critias fuit eximius orator, omnibus fere elocutionis Lysiacae virtutibus clarus, brevitate, copia sententiarum, subtilitate, spiritu remissiore et suavi et leni; sed in orationibus quoque turbulentum ejus ingenium apparebat, quare ἀσυνδέτως χωρίῳ προσβαλεῖν et ἐπιεικίᾳ καὶ ἀφελείᾳ carere dicitur [2]).

Hoc autem eloquentiae genus ad summum fastigium excoluit Lysias [3]).

Elocutionem Lysiae admodum puram esse [4]) veterum permulti agnoscunt; Atticae linguae optimum canonem eum vocat Dionysius. Quomodo haec verba interpretanda sint, Dionysius ipse (de Lys. §. 2. 13.) refert; elocutionem scilicet Lysiacam non esse similem illi pristinae, qua Plato et Thucydides usi sint, sed comparandam cum ea, quam in Andocidis, Critiae, aliorum illius temporis scriptis inveniamus. Hoc Dionysii

---

[1]) φλύαρος καὶ ἄλλως ἀσαφής. Hermog. de form. p. 145. Ald. T. III. p. 390. W. cf. Joann. Sicil. T. VI. p. 502. W.

[2]) Philostr. vit. c. 4. Hermog. de form. p. 144. Ald. T. III. 388. W.

[3]) cf. Dion. Hal. Isae. §. 20. de Demosth. dic. vi §. 2. 11. Plut. de vit. et poes. Hom. B. c. 72., de audit. p. 42. 45. Quinctil. XI, 1, 8. XII, 10, 21. Julian. epp. 42. Schol. Hom. Il. p. 107. a. 23. Bk., Syrian. Schol. Herm. ap. Spengel. p. 201.

[4]) cf. Hermog. de form. c. 3. T. III. p. 202. W., Anon. ad Herm. T. VII. p. 914. W., Bernhardy Synt. Gr. p. 22.

judicium, quocum veteres alii senfinnt [1]) verum esse ex orationibus ipsis optime elucet. Andocides enim urbanitate Attica prorsus destitutus est, Critias autem quamquam a Philostrato Atticissare neque intemperanter neque imbecillius dicitur, tamen in oratione, quam nobis tradidit Xenophon (H. II, 3, 24 — 34) sophisticum quendam fucum perlucere negari nequit, id quod etiam Philostratus verbis subsequentibus „ὥσπερ ἀκτίνων αὐγαὶ τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα διαφαίνεται" concedere videtur. Posteriorum nemo, ait recte Dionysius, linguae puritate Lysiam superavit; post eum Isocrates hac virtute maxime excelluit. Qui vero in aliis orationis virtutibus quam longissime a Lysia abest, cum artificium politissimum exhibere imprimis ei curae fuerit.

Haec autem est Lysiacae dictionis virtus, ut verbis propriis et communibus utatur (ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα [2]); minime enim ex figurata oratione (τροπικῇ φράσει) nitorem quendam sibi adsciscit. Quod vero maximi habendum est, magnas res communibus verbis neque poetica orationis structura praeclare narrat. Quotcunque enim oratores ante Lysiam vixerunt, vulgari oratione relicta in multas dictionis vicissitudines et figuratam poeticamque orationem obscuris verbis obsoletisque obrutam perfugerunt. Gorgiae orationibus ex veterum testimoniis ista insolens et inflata verborum compositio inerat, qua ex re Gorgia duce poetica quaedam dictio et tropica oratores Athenienses imbuit. Sed ista dicendi ratione Lysias in judicialibus certe orationibus omnino caret [3]); turgida verba spernit neque habet quidquam insolens ineptive (Cic. or. 9. Quint. X, 1, 78.) indeque ἁρμονία λόγων enata est, qua dictio exornatur suavitate. Haec est elegantia, quam laudat Cicero [4]), arctissime eadem conjuncta cum simplicitate, quam Lysiae propriam laudant veteres [5]); in ea enim adhibenda maxime proprietas dictionis Lysiacae apparet. Iam Isocrates ea relicta verbis solutis quamvis moderatius iterum numeros adjunxit (Cic. or.

---

[1]) Phot., Suid., Eudoc. v. Λυσίας· Anon. vit. Isae. p. XV. Schoem.

[2]) Dion. Lys. §. 3. 13. Isocr. §. 11. de Dem. dic. vi §. 13.

[3]) cf. Anon. vit. Isae. l. l. Schol. Herm. ap. Spengel. p. 68. Maxim. Planud. ad Herm. form. T. V. p. 446. W.

[4]) Brut. 9. 16. orat. 9. cf. Quint. X, 1, 78.

[5]) Dion. de Isae. §. 4. de Dem. dic. vi §. 2. 4. Quint. IX, 4, 17. X, 1, 78. Dio Chrysost. or. 18. T. II. p. 479. R.

52.) eumque Demosthenes secutus est, qui ornatu elocutionis tanta moderatione est usus, ut nusquam in taedium excurrat. Neque negari potest quamvis Dionysius non concessisset, Lysiam simplicitati oratoriae saepius fuisse adstrictiorem [1]) ejusque ideo elocutionem orationibus deliberativis [2]) minus aptam esse. Sed sine dubio affirmemus, eandem naturae orationum judicialium optime convenire (Cic. or. 9.), utpote quarum summa vis probationibus certis insit et ingenii acie innitatur. Recte igitur Dionysius [3]) contendit, perspicuitatem (*σαφήνειαν*) [4]) non solum in verbis, sed etiam in rebus elucere apud Lysiam; Thucydidis quidem et Demosthenis dictionem saepissime obscuram sine interpretis auxilio periti non posse intelligi, Lysiae vero claram esse et perspicuam; quod eo majoris, pergit Dionysius, momenti sit habendum, cum hac re quod propriis quascunque notiones nominibus describat Lysiam callere lingua Attica satis liqueat. Quod critici judicium bonum esse ex oratt. servatis apparet; Theophrastus quidem Lysiam *ἀντιθέσεις* et *παρισώσεις* et *παρομοιώσεις* amare statuit; sed oratio pro Nicia quam ut sententiam probaret provocavit sive genuina sive suppositicia fuit nihil probat. Illam perspicuitatem cum brevitate conjungere oratorem decet; quo vero modo hae virtutes sint miscendae optimum exemplum est Lysias [5]), cujus orationes neque intempestivis neque obscuris verbis offendant; in eo autem causa est, quod non verbis serviunt res, sed rebus verba. Quare Favorinus teste Gellio (N. A. II, 5.) solitus est dicere: „Si ex Lysiae oratione verbum aliquod demas mutesve atque id commodatissime facias, de sententia ta-

---

[1]) Minus esse ejus orationem circumjectam (*περιβολή*) judicat Hermog. de form. p. 142. Ald. T. III. p. 381. W.; addit Lysiam habere τὸ τοῦ *κόσμου σφόδρα ἀνεμφάτως*, cf. Plut. de audiend. c. 9.

[2]) *τῷ ἀξιωματικῷ λόγῳ*. Hermog, l. l. cf. Quint. VIII, 3, 11. IX, 4, 17.

[3]) de Lys. §. 4. 13.

[4]) *σαφήνεια λέγεται ὅταν μήτε λέξεσι ξέναις χρώμεθα μήτε ὑπερβατοῖς μήτε διανοίαις.* Rufus rhet. §. 18. cf. Dion. Dinarch. §. 6. de Dem. dic. vi §. 13. Quint. VIII, 2, 22. sqq. XII, 10, 21. Hermog. de form. T. III. p. 202. 380. W.; Phot. vit. Lys.; Anon. ad Hermog. T. VII. p. 911. W.; Doxop. ad Aphthon. T. II. p. 215. sqq. W.; Anon. vit. Isae. l. l.; Boisson. ad Tiber. Rhet. p. 30. ad Eunap. p. 176. 196. *Ἄριστον μὲν γὰρ οὕτω σαφῶς ἑρμηνεύειν ὡς οἱ περὶ Λυσίαν τε καὶ Δημοσθένη ῥήτορες*, inquit Galenus.

[5]) cf. Anon. vit. Isae. l. l. Rutil. Lup. II, 8. Schol. Hom. Il. p. 67. a. 23. Bk.

men detraxeris"[1]). Uti elocutio, ita expositio sententiis est inferta et conglobata[2]).

Gravitatem illam oratoribus quidem omnibus, quos generi eloquentiae Atticae alteri adnumerant esse propriam, critici veteres significant; Critias erat πολυγνώμων et βραχυλογῶν teste Philostrato; in eo vero a Lysia aberat, quod ad granditatem verborum (σεμνολογῆσαι) quamvis non dithyrambicam maxime erat compositus; Andocides saepius ad verbositatem perfugit; simillimus virtute laudata Lysiae est Isaeus; sed nullius oratio tam pressa est quam Lysiae, ita ut in hac re insignem speciem nostri oratoris ponant Cicero (Brut. 9. 16.) et Dio Chrysostomus (l. l.). Quare ex schemate epiploces, in quo ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, exemplum Lysiacum affert Rutilius Lupus (I, 13.).

Haece Lysiae virtutes quas enumeravimus oratorias si comprehendamus, alterius generis eloquentiae Atticae, quo Lysias ceteris antecelluit, ratio et natura satis elucet. Illud est genus, quod dicitur subtile, tenue, jejunum (λέξις ἰσχνὴ, λιτὴ, ἀφελὴς, ἀκριβὴς, καθαρά), quale sit, optime mihi videtur descripsisse Cicero (de opt. gen. or. 3.) hisce verbis: „Imitemur, si poterimus, Lysiam et ejus quidem tenuitatem potissimum. Est enim multis in locis grandior; sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsis aliis et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit". (cf. Brut. 9. Quint. X, 1, 78.). Lysiaca dictio hoc loco accommodata causulis privatis, minus vero orationibus deliberativis apta vocatur; quae orationum genera quomodo differant cum facillime intelligatur, naturam inde etiam ejus elocutionis, qua illas scribere deceat oratorem, cognoscimus. Ad quam interpretationem comprobandam conferas quae Dionysius protulit (de vett. script. cens. V, 1): „Oratio Lysiaca actionibus utilibus necessariisque sufficit; aridum enim evitat cum concisa elocutione et brevi tum veritate atque sermonis attici elegantia compta, neque in augendis amplificandisque rebus assidue versatur nisi fortuito propositum obliviscatur". In enarrationibus potissimum

---

1) cf. Bernhardy Synt. Gr. p. 22.

2) Dion. Lys. 5: συνέστραπται καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασιν. cf. vett. script. cens. V, 1. de Isocr. 2. 11.; Photius: τὸ μὴ καθ' ἓν διατρίβοντα μηκύνειν τὸν λόγον τῆς τοῦ Λυσίου ἐστὶν ἀκριβείας· idem: τὸ εὐπαγὲς τῶν λογων. cf. cod. 265. p. 429. A. 11. cod. 61. p. 20, B. 15. Plin. epp. 1, 20.

illud habet, expositionem enim rerum tenuitate (*ἰσχνότητι*) elocutionis perspicuam et accuratam praebent. Cicero illo loco, quo virtutes oratoribus Atticis singulis proprias recenset Lysiae subtilitatem propriam adtribuit eaque praesertim certos ejus studiosos potissimum gaudere commemorat (de orat. III, 7. Brut. 16. 17. cf. orat. 9. 31.). Sed si diligentius de hac subtilitate quaeramus, Cicero inter priores oratores et Lysiam non bene videtur distinxisse, quia alio loco (de orat. II, 22.) etiam Periclem, Alcibiadem, Thucydidem subtiles vocat; neque *ἀφελότης*, quam laudibus effert Hermogenes (de form. T. III. p. 307. 380. W.) indicium est orationis Lysiacae, quia etiam Lacedaemoniorum *εὐθυρρημοσύνη* vocatur *ἀφελὴς καὶ σύντομος* [1]. Significantius virtus oratoria saepius laudata *ἰσχνότης* vel tenuitas vocatur. Uti Critias *δογματίας τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου* i. e. tenuis dicitur, ita tenuitatis fastigium in Lysia reperimus [2], eamque recte notam alterius eloquentiae generis statuimus; illa enim et priores oratores et posteriores ab Isocratis temporibus caruerunt.

Post hanc Dionysius aliam virtutem Lysiae recenset, illam ex qua sententiae in compendium contractae rotunde efferuntur (*λέξις ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα*) [3]. Illius vero auctorem Thrasymachum esse statuit Theophrastus Dionysio obnitente, cuius sententiam veriorem esse verisimile est [4]. Etenim apud Platonem (reipubl. p. 336. B.) Thrasymachus *συστρέφειν ἑαυτὸν* more belluarum dicitur i. e. se contrahere et colligere quo impetus fiat vehementior, neque Dionysio concedendum est, eum Lysia fuisse juniorem. Quod autem Dionysius addit, hunc certe in illa virtute magis excelluisse, hoc lubenter credamus. Hanc dictionem orationibus judicialibus propriam pauci imitati sunt, Demosthenes solus superavit, sed non tam simpliciter parceque (*εὐτελῶς καὶ ἀφελῶς*), sed curiosius et difficilius (*περιέργως καὶ πικρῶς*) adhibuit.

Ex ceteris Lysiae virtutibus oratoriis veteres maxime lau-

---

1) Sext. Empir. *ἀντιρρ.* II. §. 22.

2) Dion. de vett. script. cens. V, 1. de Dem. dic. vi §. 2. Cic. orat. 9. Quint. XII, 10. 21. Demetr. de eloc. §. 194. Joann. Sicil. T. VI. p. 76. W.

3) Dion. Lys. §. 6. 13. de Isocr. §. 11. de Dem. dic. vi §. 3. 13.; Phot. Hanc esse proprietatem dialectices statuit Zeno Citiensis teste Sext. Empir. adv. mathem. II, 7.

4) cf. Spengel. *συναγ.* p. 94.

dant ἐνάργειαν sive διατύπωσιν, eam vim per quam imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere nobis videamur [1]). Qui Lysiae orationes, ait Dionysius, attente consideraverit, non adeo laevus aut morosus aut hel.... erit, quin ea quae dicuntur tanquam ante oculos cernere et inter eas quas orator induxerit personas tanquam praesentes versari se putet; neque quidquam requiret opinans alios agere, alios pati, alios cogitare, alios loqui, neque, addit Photius, in hac arte Lysiam Platone nec Demosthene neque Aeschine inferiorem putabit. Nulla enim persona invenitur cujus mores non egregie describantur, quaeve sanguinis omnis sit expers [2]); omnino ethopoeia Lysiae celeberrima est; elucet in mente (διανοίᾳ) et elocutione (λέξει) et compositione (συνθέσει), personae enim non ea solum quae temporibus quadrent (ἐπιεικῆ καὶ μέτρια), sed quae ipsorum moribus sint apta eloquuntur. Lysias videtur veritatem magis persequi, Isaeus artem [3]). Tumor abest, nihil est arcessitum, nihil inane; dictio enim calamistris inusta in personarum naturam describendarum non caderet. Quia neque in orbe oratorio neque in numeris, sed in oratione dissoluta mores apparent, simplex est dictio. Ex gratia quae in eo maxima est simplicis atque inaffectati coloris vis persuasoria exorta est. Incomposite videtur Lysias dicere, sed in eo ipso est compositus; quod dissolutum esse videtur, ligatum est; in hac re ipsa quod oratio gravitatis (δεινότητος) speciem repudiat, gravitas inest [4]); praecipuum enim artis opus est naturam imitari [5]). Neque minus quam ceterorum ullus oratorum id quod et dicenti et audienti et rebus ipsis decorum est (τὸ

---

1) cf. Quint. IV, 2, 63 sqq. VI, 2, 29 sq. Longin. de subl. XV, 2. 9.

2) πρόσωπον οὔτε ἀνηθοποίητον οὔτε ἄψυχον. Dion. Lys. 8. cf. de Dem. dic. vi §. 13., de Dinarch. §. 7., Spald. Quint. III, 8, 51. Rutil. Lup. I, 21.

3) cf. Dion. Isae. §. 3. 18. Hermog. de form. T. III. p. 381. W. Quint. II, 17, 6. IX, 4, 17. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem.

4) Quare δεινότητα κατὰ μέθοδον vocat Hermog. de form. T. III. p. 380. W. et Lysias ἄριστος τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα audit ap. Dion. Chrysost. or. 18. T. I. p. 479. R. Dionys. Lys. 8. 10. de Dem. dic. vi §. 2. 13. Quintil. IX. 4, 17. Plut. de garrul. 5. Hermog. de form. T. III. p. 382. W. Max. Planud. T. V. p. 446. 545. W., Joann. Sicil. T. VI. p. 460. 474. W. Gregor. Naz. ep. 121.

5) Dion. Isae. §. 3. 16.

πρέπον) adhibet Lysias [1]. Secundum partes quoque oratio est diversa, ab initio enim constans et morata (*καθεστηκυῖα καὶ ἠθική*), in narratione persuasoria neque exquisita (*ἀπερίεργος*), demonstratione rotunda, numerosa atque argute brevis (*στρογγύλη καὶ πυκνή*. cf. Cic. Brut. 9.), peroratione gravis et vera (*σεμνὴ καὶ ἀληθινή*), in fine dissoluta et concisa (*διαλελυμένη καὶ σύντομος*).

Pulcherrima et quam posteriorum nemo superavit virtus stili Lysiaci est gratia (*χάρις, εὐστομία*), rebus ex omnibus efflorescens, maxime admirabilis, quae verbis exprimi nequit, quae in corpore *ὥρα*, in arte musica *τὸ εὐάρμοστον*, in temporum symmetria *τάξις* et *τὸ εὔρυθμον* nominatur [2]; quaenam vero haec sit, mente quidem, non dicendo percipi potest. Quare Dionysius uti musici discipulos, qui harmonias cupiant audire, ne minimam quidem ignorare dissonantiam adsuescere jubeant, ita quicunque gratiam Lysiae intelligere studeant ut continua lectione illum sensum quo venustum ac pulcrum percipiatur, suadet exerceant. Mirum in modum haec venustas a veteribus laudatur; ad eam pulchram illam dictionis Lysiacae descriptionem quam Dionysius in libello de Demosth dic. vi §. 2. delineavit, retulerim, qua elocutionem Thucydideam cum imo, Lysiacam cum summo sono ex octo vocum serie comparat; sicuti illa animum percellit, ita haec demulcet. Venustissimus Lysias scriptor vocatur a Cicerone et Dionysio [3]; quinetiam Dionysius affirmat ad unicam hanc virtutem tanquam indicium ultimum si de orationum genuitate disceptetur confugiendum esse; orationem dictionis gratia exornatam veram esse habendam neque ulterius quidquam considerandum; orationem vero suavitate destitutam spuriam esse putandam neque sensum violenter in aliam opinionem redigendum (Lys. §. 11. Din. §. 7.). Cum permulta sint in scriptoribus Graecis quae Graeci melius quam nos sentire possent, non immerito Dionysius hanc legem sibi imposuit; ut nos vero ea cautius utamur

---

[1]) *D*ion. Lys. §. 9. 13. de Dem. dic. vi §. 13. Photius: *τὸ ἐν πάσῃ τῇ περιόδῳ τῶν κώλων εὐάρμοστον.*

[2]) Dion. Lys. §. 10. 11. 13. Longin. de subl. 34, 2.

[3]) Cic. or. 9. Dionysius: *οὐδεὶς χαριέστερος Λυσίου*. cf. de Isae. §. 3 18. 20. de Dem. dic. vi §. 13. vett. script. cens. V, 1. de Isocr. §. 11. Vit. Isocr. p. 46. in Paneg. ed. Baiter. Quint. IX, 4, 17. XII, 10, 24. *Καὶ σκόπει*, inquit Plutarchus de garrul. 5., *τὴν Λυσίου πειθὼ καὶ χάριν· κἀκεῖνον γὰρ*
Ἐγώ φαμι ἰοπλοκάμων μοισᾶν εὖ λαχεῖν.

Photius monet: οὐ παντός ἐστιν Λυσίου κάλλος αἰσθάνεσθαι. Cicero (Brut. 16.) hac potissimum virtute Lysiam similem esse contendit Catoni; quae sententia quatenus vera sit, nos dijudicare nequimus, quam eandem Plutarchus (Cat. 7.) acerbe reprehendit.

Absoluto de dictione Lysiaca sermone jam quaerimus quomodo in rerum tractatione versatus sit Lysias. Argumenta rebus ipsis inhaerentia invenit; nihil ex quo oriatur fides neglexit, neque personas neque res neque ipsa facta neque eorum causam rationemque neque loca neque ullum discrimen ne minimum quidem (Dion. Lys. §. 15.); et quia non unde res enarrat, sed rationem etiam qua factae sint exponit, gravis est (Phot.). Inprimis inventionis gravitatem testantur eae orationes in quibus nulli producuntur testes et illae quae de rebus rarissimis compositae sunt, ubi plurima et optima argumenta affert. Attamen negari nequit, Lysiam nonnunquam in rerum rationes altius descendisse (Phot.). Ordine rerum simplici atque semper fere constanti usus est, neque enim introductionibus (προκατασκευαῖς) nec recitationibus (ἐφόδοις) nec partitionibus (μερισμοῖς) nec variis figuris neque aliis hujusmodi artibus minime commendandis utitur, sed simplex quodammodo est neque artis legibus obstrictus; sed in inventorum dispositione eum minus exquisitum eundemque necessaria membrorum consequentia saepius destitutum vituperant Dionysius et Caecilius [1]). Ex controversiarum generibus eloquentia Lysiae apta est judicialibus, parva enim, difficilia et insolita pulchre explicat; gravia vero et magna et facilia expedire non illius est [2]). Maxime in exordiis orationum excellit et praecepta artis et tempora bene observat. Alio enim exordio se ipsum laudat, alio adversariorum partes impugnat; alio calumnias in se prolatas refellit; alio judices ut sibi reddat benevolos laudat; alio suam imbecillitatem adversariique potentiam extollit; alio rem omnibus auditoribus gravem declarat. Haec omnia autem breviter et simpliciter sententiis opportunis exornat. In propositione (προθέσει cf. Voss. inst. rhet. p. 366) sequente iis quae dicentur propositis atque auditoribus redditis docilibus narrationem aggreditur. Nonnunquam exordiis omissis ab initio narrationem proponit neque vero hic languet,

---

[1]) Dion. Lys. 15, Isae. 3, Isocr. 4. 12. Dinarch. 5. Rhetor. X, 6. Caecil. ap. Phot. cf. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem.

[2]) Dion. Lys. 5. 14. 16. Isocr. 3. Cc. de opt. gen. or. 3. Longin. de subl. 35, 1. Theon. II, 26.

sed in exordiis facultas elucet. Quamquam enim in auctoribus forensibus nonnullae erant voces quasi legitimae dicendique formulae solemniores et Lysias plus CC oratt. scripsisse dicitur, tamen eum nullam inepte vel iisdem sententiis incepisse, eumque in hoc genere vel primum vel nemine inferiorem esse Dionysius testatur. Quod autem oratoribus nonnunquam similia fuerunt prooemia, cujus rei exempla attulerunt Spengelius et Meierus [1]), illorum auctoritati non officit. Enarrationes Lysiae perspicuam rerum expositionem accuratamque ex orationis tenuitate exortam habent; quibus tantopere excellit, ut hujus partis norma omnibusque oratoribus multo superior dicatur [2]). Breves sunt narrationes, perspicuae, suaves, persuasoriae, fidem ostentant [3]), ut Dionysius praecepta quae de rerum narratione tradita essent, ex Lysiae praesertim scriptis exhausta esse in opinionem adduceretur [4]). Inventioni argumenta [5]) quae Lysias adhibuit paria sunt; pleraque enim aptissime ex rebus ipsis petuntur, verisimilia optime conjiciuntur atque accuratissime exempla distinguuntur et ea quae rem sunt secuta pro argumentis adhibentur (Dion. Lys. 19), aliae rationes ex animi affectibus (τοῖς ἤθεσι) [6]) desumtae probantur moribus ex priore vita explicatis. Si vero ex rebus argumenta non eligit, tum ipse mores fingit et personae ut fide dignae habeantur verbis efficit rationes urbanas iis suppeditans et affectus moderatos et verba idonea. In affectibus gravioribus (πάθεσι) mollior est, πάθος enim ὕψους μετέχει τοσοῦτον, ὅσον ἦθος ἡδονῆς (Longin. 29, 2.), neque amplificationibus (αὐ-

---

[1]) Spengel. συναγ. p. 106. Meier. ind. lectt. un. Hal. 1832. p. 4. sqq.

[2]) cf. Dion. Lys. 18. vett. script. cens. V, 1. Apsin. de prooem. T. IX. p. 494. W.

[3]) πιθανότης cf. Hermog. de form. T. III. p. 380. W. Anon. vit. Isae. p. XVI.

[4]) cf. Arist. rhet. III, 16. rhet. ad Alex. c. 30. Dion. rhet. X, 14. Cic. rhet. I, 20. de orat. II, 80. de inv. I, 20. sqq. Rhetor. ad Herenn. I, 9. Quint. IV, 2, 31 — 60. Theon. IV, 6. Anon. de rhet. in Fischeri rhetor. p. 195. Aphthon. progymn. c. 2. Anon. de Aphth. prog. T. I. p. 128. W. Doxop. homil. in Aphth. T. II. p. 238. W. Voss. inst. rhet. III, 3. VI, 5. Spengel. p. 158. 168.

[5]) cf. Voss. inst. orator. I, 2. 12.

[6]) quare Lysias ἠθικώτερος vocatur cf. Dion. Isae. 3. de Dem. dic. vi §. 2. 13. Hermog. de form. II, c. 6. Longin. de subl. 34, 2. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem., Sopat. ad Hermog. art. T. V. p. 46. W. Joann. Sicil. Schol. ad Herm. T. VI. p. 415. 465. W. cf. Voss. inst. rhet. II, 14.

ξήσεσι) neque exaggerationibus (δεινώσεσι) neque commiserationibus neque aliis hujusmodi juste scit uti neque in hoc genere omnino imitandus est. Hoc Dionysii judicium, quod verbis Hermogenis (de form. T. III. p. 381. W.) minimam esse Lysiae γοργότητα (cf. Dion. de Dem. dic. vi §. 13.), confirmatur, ex natura eloquentiae gracilis ipsa desumtum esse videtur; eo admirabilius est Photii judicium, illos qui contendissent Lysiam bene quidem enarrare, sed amplificationibus carere, prorsus veritate esse destitutos; hujus rei testem esse orationem adversus Mnesiptolemum. Quatenus in hac oratione illud sit probatum a nobis judicari nequit; quod vero ad orationes quae supersunt attinet, Dionysii sententia vera stat. In epilogis quoque ea quae exposuit moderate quidem et venuste repetit; quae vero affectus movent, ut adhortationes, miserationes, precationes, non tantopere debebat negligere (cf. Dion. de Dem. dic. vi §. 13.).

Hic est stilus Lysiae ex veterum judicio, ad quod confirmandum et Dionysius (§. 20 — 27.) et Photius orationem adversus Diogitonem tractant. Quanta autem fuerit Lysiae apud veteres gloria ex hisce de ejus dicendi genere testimoniis satis elucet; neque rhetores solum Graeci laudibus summis eum evehunt, sed ex historicis quoque scriptoribus posteriorum temporum Syncellus (chron. p. 253. D. s. p. 482. ed. Bonn.) eum praedicat. Inter Romanos Cicero et Quintilianus eum quam eximia laude ornaverint vidimus iisque addas auct. dial. de orat. 12. 25.

Orationum quae supersunt pleraeque judiciales (δικανικοὶ λόγοι) sunt, quas Dionysius Lys. §. 3. 16. commemorat; δημηγορίαι autem laudantur a Plutarcho, Photio, Suida; ex quibus συμβουλευτικοὶ λόγοι (Dion. Lys. 16.) ea gravitate qua δικανικοὶ exornati sunt destituti erant atque quia praeterea ornatu carebant (Dion. Lys. 3.) levissimae Lysiae orationes fuisse videntur. Λόγους deinde ἐπιδεικτικοὺς commemorat Dionysius (Lys. §. 28.) in iisque Lysiam esse molliorem contendit; ex his etiam λόγους πανηγυρικοὺς laudat, in quibus mollior quidem Lysias erat, sed poeticam quandam facultatem ostentabat (Lys. §. 3. 16.); colorem vero panegyricum merum non servabat, sed ex genere judiciali vel consiliatorio aliquid depromebat (cf. Hermog. de form. T. III. p. 395. W.), ex hisce autem una oratio, λόγος Ὀλυμπιακός, mutila nobis est servata. Plures orationes funebres Lysiam scripsisse Plutarchus, Photius, Suidas testantur, atque, ut videtur, Dionysius (rhet. VI, 1.) hisce verbis: ἐπιταφίου . . . Λυσίας

τε καὶ Ὑπερείδης καὶ Δημοσθένης καὶ Ναυκράτης πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο et Schol. Arist. p. 339: Δημοσθένης καὶ Λυσίας ἐν ἐπιταφίοις; Theoni vero nulla nisi una oratio funebris nota erat, τὸν Λυσίου ἐπιτάφιον citat I, 18, cui sententiae non obstant verba II, 12; ἔχομεν Πλάτωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Λυσίου τοὺς ἐπιταφίους. Sed non est cur negemus plures orationes funebres composuisse Lysiam; unus servatus esse putatur Ἐπιτ. τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς; omnes vero exercitationes fuisse apparet ex Lysiae ἰσοτελείας statu (cf. Meier. ind. schol. un. Hal. a. 1837. p. XIII.). Ἐγκώμια Lysiae laudantur a Plutarcho, Photio, Suida; ex quo genere oratio πρὸς Αἰσχίνη τὸν Σωκρατικὸν περὶ συκοφαντίας fuisse videtur. Βιαίων λόγοι Lysiae memorantur ab Harpocratione (v. Βιαίων, ὄνομα δίκης κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν) atque ex eodem genere or. in Philonidem; de λόγοις βιαίων cf. Meier. Process. p. 544. Boeckh. O. c. I, 405. Iidem, certe quidem simillimi sunt λόγοι ὕβρεως, ex quibus Demosthenes in orat. adv. Midiam multa sumsisse dicitur a Theone I, 18. De quibus cf. Meier Proc. p. 319. Ind. lectt. un. Hal. 1832. p. 6. Λόγους τῆς ἀσεβείας citat Harp. v. σηκός; ex hoc genere sunt or. de olea, in Andocidem. cf. Meier. Proc. p. 300. Λόγοι περὶ συμβολαίων (de pactionibus) laudantur ab Athenaeo (XIII. p. 611. E.) qui iis annumerat or. adv. Aeschin. Socrat. de aere alieno. cf. Meier. Proc. p. 493. Ἐπιτροπικῶν λόγων qualis est or. adv. Diogitonem, Dionysius Hal. (Lys. §. 20.) mentionem facit; ὀρφανικοὶ vocantur ab eodem (§. 21.) et Clem. Alex. strom. VI. p. 226. Sylb. et Suid. vv. φάσις, ἔγγειον. cf. Meier. Proc. p. 443. Denique λόγων ἐρωτικῶν, quos Lysiam μετὰ παιδιᾶς scripsisse Dionysius (Lys. §. 3.) dicit, unum esse servatum in Platonis Phaedro Spengelius probavit.

Inter veteres orationes 425 Lysiacae circumferebantur, quarum ex Dionysii et Caecilii judiciis (ap. Plut. p. 323.) 230, secundum Photium 233 genuinae erant. Dionysius (Lys. §. 17.) haud accurate tradit Lysiam non minus quam 200 oratt. judiciales scripsisse; eodemque modo Suidas et Eudocia plus quam τ', quod mendum in σ' correxit Meursius (lectt. Att. III, 8. p. 780.), esse genuinas. In codice Parisiensi n. 2991. A. (citato a Boisson. ad Eunap. I. p. 134.) legitur: ἔγραψε ὁ Λυσίας λόγους ↳, quod sicuti alia quae de ceterorum orationibus habet, vix memoratu dignum est; neque scio quid sibi velint quae Manuel Moschopulus (opuscc. gramm. p. 60. ed.

Titz.) exhibet, Lysiam scripsisse λόγους 4, ubi errorem typographicum extare apparet (fort. ⅂?); sed quae ille auctor de numero oratt. ceterorum oratorum habet, mirum in modum ab aliis omnibus veterum testimoniis discrepant; v. c. Dinarchus quem etiamsi falso adscriptae oratt. numerarentur, ad summum 160 scripsisse scimus, ab illo υ′ composuisse fertur. Etiam Cicero (de orat. II, 22. Brut. 16.) dicit, Lysiam plurimas orationes conscripsisse. Pleraeque nobis temporum invidia ereptae sunt; XXXIV supersunt atque ex multis perpauca fragmenta.

Apud veteres summa auctoritate Lysias floruit; bis tantum victus esse traditur (Phot.), ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed subtilis scriptor et elegans (Cic. Brut. 9.) paucissimas orationes ipse in contione, fortasse unam in Eratosthenem dixit, sed privatas ille plerasque et eas ipse aliis scripsit (Plut., Phot., Cic. de opt. gen. or. 3. Quint. IX, 4, 17.). Argenti enim pretio jam Antipho orationes composuit; ex quo tempore ii qui hoc munere fungebantur, λογογράφοι vocabantur (cf. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 257. c. Schoemann. Proc. p. 707. Bachmann. Anecd. I, p. 292, 2). Scholas quoque habuit et rhetoricam docuit, brevi vero hoc munus videtur reliquisse (cf. Aristot. ap. Cic. in Brut. 12.). Etiam τέχνας ῥητορικὰς eum scripsisse Plutarchus, Suidas, Eudocia testantur et Cresollius, Vossius, Fabricius, Taylorus statuerunt. Dionysius quidem ad Amm. §. 2. inter τέχνας non citat Lysiacam et dicit (de Lys. §. 18): οἴομαι καὶ τὰς τέχνας τῶν λόγων ἐν αἷς εἴρηται περὶ διηγήσεως ἀξιολόγου οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀπὸ Λυσίου γραφεισῶν εἰληφέναι τὰ παραγγέλματά τε καὶ ἀφορμάς, hisque verbis τέχνας Isocratis, Aristotelis, Theophrasti, Theodectis significasse Spengelio videtur. Qua ex causa Lysiam artem reliquisse Spengelius (p. 135. sq.) negat. „Dionysio, ait, si Lysiae τέχνη ῥητ. innotuit, quidni potius ex hujus ipsius legibus examinavit orationes? recentiores Lysiae artem habuerunt partem pro toto comprehendentes; illae erant παρασκευαὶ quas significat Marcellin. in Hermog. p. 142. Ald. [T. IV. p. 352. W.], oratt. περὶ ἀμβλώσεως, περὶ ἀνακαλυπτηρίων, ἡ Νικίου ἀπολογία, fragm. ap. Gregor. Cor. p. 4.“ Sed hoc Viro Doctissimo non concesserim. Dionysio quidem Lysiae τέχνη incognita esse videtur; sed a veritate non abhorrere videtur, illam tum temporis jam interiisse et Dionysium illas solas artes quas perlegerat, laudare. Certissimum autem est Plutarchi et Suidae

testimonium neque orationes, tales enim erant illae exercitationes, cum arte confudisse non crediderim.

Ex Lysiae discipulis unus insignis est Isaeus (cf. Plut. Is., Phot. cod. 263. p. 490. a.), qui Isocrati idem praeceptori se dedit. Lysiam maxime imitatus est et Dionysio videtur in tenui illo dicendi genere tam prope a Lysia abesse, ut nisi quis utriusque oratoris peritissimus sit eorum orationes vix distinguere possit; eo accedit, quod titulis fallunt (παρακρούσεται. — cf. Anon. vit. Isae. p. XV. Schoem.). Affert tamen aliquas rationes quibus arbitratur, Isaeum quidem a Lysia relictum esse, quod Lysias videatur naturam magis sequi, Isaeus autem artem et ille ad gratiam et venustatem, hic ad gravitatem quasi scopum collineet (cf. Liebmann. de Is. p. 8. Spengel. p. 181.); Lysiam vero ab Isaeo superatum esse, quod ab hoc rerum et argumentorum divisio et pertractatio sapientius quam a Lysia sit instituta (cf. Liebmann. p. 15.) atque majore δεινότητι summaque γοργότητι illum elucere addit Hermogenes (de form. T. III. p. 381. W.), quas Demosthenes virtutes est secutus. Ut illa discrimina magis appareant, Dionysius comparat Lysiae orationes cum picturis antiquis, quae lineis tantum quam artificiosissime et accuratissime descriptae coloribus mixtis variisque careant, Isaei vero cum picturis omni cura et diligentia confectis in quibus et colorum varietas et lumina et umbra summa cum arte confecta sint (cf. Liebmann. p. 15.).

Alter Isaei praeceptor Isocrates tertium eloquentiae genus, τὸ μέσον, condidit. Quod qui coluerunt, a Lysiae dicendi modo longe absunt (cf. Quint. XII, 10, 22.). Isocratis non minus pura est dictio quam Lysiae, alias vero a Lysiaca aliena est; dispositio rerum melior est, sed nimis numeris servit; naturalis est in Lysiaca dictione suavitas, affectata in Isocrate. — Charisius (cf. Ruhnken. ad Rutil. Lup. I, 10. hist. cr. p. 92.) qui multas orationes aliis conscripsit, capere videbatur Lysiam; cuius concisam fuisse dictionem ex fragmento ap. Rut. Lup. l. l. apparet. — Lycurgus veri studiosus et in accusatione est totus; sed dictione neque urbanus nec festivus, sed acerbus est atque ambages sectatur. — Hyperides ex veterum testimoniis puritate et venustate insignis est et quamvis simplex esse videtur, gravitate tamen non caret; etiam ἠθικώτερος, ut Lysias vocatur; sed ex altera parte verborum constructione superior est Lysia, ex altera vero inferior gravitate, delectu verborum atque nonnunquam nimia in scribendo morositate ac tumidiore duroque sermone. De-

mosthenes omnibus numeris Lysiam longe superavit; nam in orationibus privatis, quae solae hic comparari possunt, Lysiacis virtutibus oratoriis magnam gravitatem viresque nervosas adjunxit (cf. Dion. de Dem. dic. vi §. 11 — 13.). — Aeschinis dictio vi, ubertate, vehementia nota quam longissime a Lysiaca abest neque cum ea comparanda est (cf. Theon. II, 26.). — Dinarchus in nonnullis orationibus Lysiam imitatus esse dicitur; illius autem venustate, persuadendi vi, verborum simplicitate et sinceritate est destitutus; praecipue autem cum Hyperidem tum Demosthenem imitandos sibi proposuit. — Inter floridi generis a Demetrio Phalereo exculti oratores Hegesias Magnes (cf. Ruhnken. ad Rutil. I, 7. Boeckh. ind. lectt. un. Berol. 182$\frac{4}{5}$. p. 4. sqq. Bernhardy Synt. Gr. p. 30.) et Lysiam et Charisium voluisse imitari traditur (Cic. or. 67. Brut. 83. Rutil. II, 10.), sed saltavit incidens particulas nec minus peccavit sententiis quam verbis, nimis artificiosus (Rutil. I, 7. Dionys. de compos. verb. p. 122. R.) fractumque dicendi genus amans, neque vitiis illius temporis oratoriis liber erat, nam ejus ἔμμετρον et ἔνρυθμον λέξιν perstringit Theo II, 21.

Pars III.

De orationibus Lysiae quae supersunt.

1. Ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία.

Laudant ex hac oratione Demetrius de elocut. §. 190: *Ἐπὶ δὲ τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος ἔχοιμεν ἂν καὶ πράγματα ἴσως τινὰ μικρὰ καὶ τῷ χαρακτῆρι πρόσφορα, οἷον τὸ παρὰ Λυσίᾳ· „οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω"* (§. 9.); Harpocr. v. *μέταυλος, Λυσίας ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατ. φόνου ἀπολ.* (§. 17.); Suid. v. *θηλάζειν· ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος, ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων, Λυσίας δὲ παθητικῶς κέχρηται ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα,* Zonar. v. *θηλάζειν* eadem (§. 9.); Bekk. An. p. 169, 30: *προςτιθῶ· αἰτιατικῇ, ἀντὶ τοῦ κλείω. Λ. ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐ. φ. ἀπολ.· καὶ ἐξιοῦσα προςτίθησι τὴν θύραν* (*ἀπιοῦσα* etc. §. 13.); eadem p. 176, 25: *ὑβρίζω· αἰτιατικῇ συντάσσεται μετὰ τῆς εἰς προθέσεως· Ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου κ. τ. λ. καὶ Λυσίας ἐν τῇ ἀπολ. ὑπὲρ τοῦ Ἐρατ. φόνου· ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ τὴν γυναῖκα* (§. 16); Joann. Sicil. schol. ad Hermog. form. T. VI. 458. W.: *δείκνυσι δὲ τοῦτο* [dictionem simplicem, tenuem etc.] *σαφῶς ὁ κατὰ Ἀριστογείτονος λόγος κακῆς ἐπιτροπῆς, καὶ ἡ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία.*

Euphiletus (§. 16.) qui hanc orationem habuit, cum conjuge sua tranquillam vitam agebat; post matrem vero suam mortuam, cujus funus uxor sua prosequens ab Eratosthene visa erat, mala sunt insecuta. Eratosthenes enim ancilla auro corrupta feminae gratiam sibi comparavit atque clanculum cum illa consuescebat. Aliquamdiu nihil suspicabatur Euphiletus. Tum vero, flagitio per feminam quacum antea Eratosthenes habuerat consuetudinem, ei indicato, ancillae minis persuasit ut omnia enarraret paulloque post Eratosthenem adesse deferret. Quo nuncio allato Euphiletus cum amicis quos hinc illinc arcessiverat in gynaeceum irrupit atque Eratosthenem in ipso scelere moechum deprehendit. Homo scelus confessus, ut se non necaret, sed pecuniam acciperet (cf. Meier. Proc. p. 328.) oravit; Euphiletus vero ejus vitae non pepercit. Quam ob rem justam ab illius cognatis in judicium delatus hac oratione se defendit, in qua enarrata historia leges, secundum quas facinus suum justum sit enumerat. De actione cf. Matthiae. Misc. Phil. p. 151. Meier. de bon. damn. p. 20, Proc. p. 307 sqq , Heffter. Gerichtsverf. p. 137, Schoemann. Proc. p. 143, Wachsmuth. ant. Gr. II, 1, 268. In Delphinio res dijudicata est ab Heliastis (neque, ut vult Taylorus lectt. Lys. cap. 1. p. 676. R., ab ἐφέταις, nam ὦ ἄνδρες §. 1, 3, 4, 6, 11, 15, 25, 27, 29, 30, 31, 34, 37, 39, 40, 41, 43, 47; Ἀθηναῖοι §. 7. cf. Boeckh. ind. lectt. 182$\frac{8}{9}$. p. 5. not. 3.) Rege praeside; ἀγὼν ἀτίμητος erat (§. 50.). Insignis est haec oratio legibus quas profert de moechorum poenis; sed nostris temporibus propter illa potius quae de Areopagitarum jurisdictione habet §. 30. innotuit. Quae vero cum ad ipsam hanc orationem non spectent, nullaque inde necessitate meo judicio subjiciendi ea sim coactus, de quibus doctissimi viri (quorum scripta v. ap. Hermann. antt. Gr. p. 235. not. 8.) inter se dissentiunt, extra ordinem temere huc traham tractemque me adduci non patiar. Quo denique tempore oratio sit habita, incertum est; Franzius quidem (ed. Lys. p. 251.) Ol. 95, 4. statuit, sed nihil decerni potest.

---

2. Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς.

Ex hac oratione funebri verba quae §. 60. leguntur afferre videtur Aristoteles rhet. III. 10. p. 1411. A. 31. Bk.: καὶ οἷον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, διότι ἄξιον ἦν, ἐπὶ τῷ τάφῳ

τῷ τῶν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα, ὡς συγκαταθαπτομένης τῇ ἀρετῇ αὐτῶν τῆς ἐλευθερίας· εἰ μὲν γὰρ εἶπεν ὅτι ἄξιον δακρῦσαι συγκαταθαπτομένης τῆς ἀρετῆς, μεταφορὰ καὶ πρὸ ὀμμάτων, τὸ δὲ „τῇ ἀρετῇ τῆς ἐλευθερίας" ἀντίθεσίν τινα ἔχει. Nomine autem Lysiae allato laudant Harpocr. v. Γεράνεια (§. 49.)· Γερανία, Λυσίας ἐπιταφίῳ· ἔστι δὲ ὄρος Μεγαρίδος, ὡς Λευχίδας, Schol. Aesch. c. Ctes. §. 211: Οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς εὐπραγίαις τὴν κόμην ἔτρεφον, ἐν δὲ ταῖς δυςτυχίαις καὶ τῷ πένθει ἐκείραντο κ. τ. λ. Λυσίας ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς „Ὥστε ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους" (§. 60.); Bekker. Anecd. p. 129, 20: Ἀποκείρομαι· οὗ μὲν χάριν, δοτικῇ, ἡ δὲ ὕλη, αἰτιατικῇ. Λυσίας ἐν τῷ ἐπιταφίῳ· ὥστε ἄξιον ἦν ἐν τῷδε τῷ τάφῳ ἀποκείρασθαι τῇ Ἑλλάδι; eadem p. 129, 23: Ἀγαπῶ, δοτικῇ, Λυσίας ἐν τῷ ἐπιταφίῳ: „ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς" (§. 21.); Philemon. p. 226. Osann.: Ἀγαπῶ, τὸ φιλῶ, αἰτιατικῇ συντάσσεται κ. τ. λ. ἀγαπῶ δὲ, τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρὰ Λυσίᾳ· „ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσασθαι, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν"; Tzetzes ad Lycophr. 1332: Λυσίας ὁ ῥήτωρ Ἀμαζόνας πρώτας φησὶν αὐτὰς ἁπάντων ἀνθρώπων τολμῆσαι ἵππων ἐπιβῆναι (§. 4.), idemque de Lysia dicit Tzetzes in Posthom. 14; Tzetz. denique Chil. II, 14: inter illos qui Xerxis expeditionem descripserint, vocat Lysiam.

Multa sane vides testimonia veterum, quibus haec oratio Lysiae tribuitur. Nihilominus inter recentiores exstiterunt, qui aliam sententiam amplectentes a Lysia epitaphium abjudicarent, scilicet Valckenarius ad Her. VII, 139. 160. IX, 27. F. A. Wolfius in Ephemm. Erford. literar. a. 1782. p. 34., ad Dem. Lept. p. 499. fin., Reiskius ad epit. p. 64. (§. 9.), Sluiterus lectt. And., Dobreus adversar. p. IV. Dobs., Clinto f. H. p. 269. Kr., G. Bernhardy Synt. Gr. p. 22. 126. 310., Sauppius ad Lycurg. p. 144. aliisque locis; cum alii contra orationem genuinam esse defenderent, ut A. G. Beckerus (Demosthenes als Staatsmann u. Redner p. 466., zu Dem. Philipp. Reden p. XXXIV), Jo. Franzius (de Lys. p. 12. sq.), Kruegerus ad Clint. p. 105. et hist. phil. Studien p. 102., Spengelius συναγ. p. 140., Westermannus

quaestt. Demosth. P. II. p. 32. sqq., alii (cf. Le Beau in Actt. diurn. schol. 1833. No. 78.). In qua virorum doctorum dissensione valde doleo nondum prodiisse quam promisit Meierus (de bon. damn. p. 15. 21. 177.) Epitaphii editionem [1]. Sluiterus: „Orationem, inquit, funebrem licet constans veterum judicium Lysiae tribuerit, multa tamen sunt quae mihi persuadeant, non ipsum Lysiam esse auctorem. Est enim dictio magis ornata et inflatior etiam, quam pro illius aevi hujusque scriptoris simplicitate, plena quaesito ornatu. Antithetorum fastidiosam habet multitudinem et cumulationem totaque sophisticum quoddam spirat ingenium. Nos igitur hanc orationem Lysiae abjudicamus." Hisce verbis ex intimo corde assentior, tota enim oratio inepta est, vocabula idem significantia sunt exaggerata, antitheses molestissimo artificiosoque modo cumulatae, multa scholam vel sophisticam eruditionem redolentia. Kruegerus tenuem quidem esse orationem confitetur; Franzius vero et Westermannus ne tenuitatem quidem agnoscunt et in memoriam nobis revocant, reliquarum orationum Lysiae argumenta alius esse generis, atque aliter eum dicere qui causam agat in judicio, aliter qui ex auctoritate publica bello caesos coram ipsorum parentibus, fratribus, filiis laudet. Concedo, sed legas, quaeso, lector benevole Epitaphium Thucydideum vel Isocratis Panegyricum, ubi tales inanium verborum turbas, ne imperito quidem oratore dignas, reperies? Sed ne in universum inania loqui videar, accuratius nonnulla ex oratione afferam. Neminem esse crediderim, quem exaggeratae mirum in modum particulae *μὲν* et *δὲ* non offendant. Scio quidem, partt. *μὲν* et *δὲ* in quocunque membro non semper sibi respondere; sed tanta earum tum exaggeratio tum responsionis penuria quanta in Epitaphio occurrit a Lysiae certe sermone aliena est; v. c. cf. §. 4.: *Ἄρεος μὲν — οἰκοῦσαι δὲ*; *μόναι μὲν, πρῶται δὲ, ἀπέλειπον δὲ, ἐνομίζοντο δὲ*; §. 19: *θηρίων μὲν, ἀνθρώποις δὲ, νόμῳ μὲν, λόγῳ δὲ, ἔργῳ δὲ, νόμου μὲν, λόγου δὲ*; §. 27: *καταφρονήσας μὲν, ἐψευσμένος δὲ, ἀτιμαζόμενος δὲ, ἀχθόμενος δὲ, ὀργιζόμενος δὲ, ἀπαθὴς δὲ*; §. 32: *τούτῳ δὲ. τῶν δὲ, οἱ μὲν, οἱ δὲ, πυθόμενοι μὲν, ἀποροῦντες δὲ, εἰδότες δὲ, εἰ μὲν, εἰ δὲ, ἀμφότερα δὲ, δυοῖν δὲ*; §. 37: *πολλάκις μὲν*,

[1]) Sed jam video Meierum in ind. schol. un. Hal. 1837. p. XII. a Lysia Epit. abjudicare. Num copiosa prodierit Epitaphii editio quam Boissonadio teste (Anecd. Gr. IV. p. 112.) Lebaeus doctus Francogallus parabat mihi ignotum est.

εἰκότως δὲ, εἰδότες μὲν, ὁρῶντες δὲ, ἐπιστάμενοι δὲ, τὴν δὲ, ἱερῶν δὲ, ἁπάντων δὲ, ἀκούοντες δὲ, παρακελευσμοῦ δὲ; §. 59: ἐνίκησαν μὲν, ἔπλευσαν δὲ, δουλεύουσι δὲ, τύραννοι δὲ; §. 71: αὐτοὺς μὲν, χήρας δὲ, ὀρφάνους δὲ, ἐρήμους δὲ, quibus exemplis etiam complura addi possunt. Particula δὲ membra conjungere solet orator, particulas vero alias odisse fere videtur, affectati, ut mihi videtur, sermonis amans. Constructionem etiam ὑπὲρ μὲν τῶν — ὑπὲρ δὲ τῶν (§. 9.) scriptoribus simplicibus invisam indicare orationem spuriam docuit Bernhardy (Synt. p. 310.). Antitheses ubivis reperies, quas omnes enumerare longum est, cum tota fere oratio esset exscribenda, paucos tantum locos citabo, ubi potissimum sunt notabiles: §. 5: ἔργῳ μὲν et λόγῳ δὲ; §. 7: τοὺς κάτω et τοὺς ἄνω; §. 20.: μόνοι et ἁπάσης et μυριάδας; § 24: μιᾷ γνώμῃ πάντες, ψυχὰς ἀλλοτρίας et μνήμην ἰδίαν; §. 25: νόμους et κίνδυνον; §. 29: ἀκόντων et ἑκόντων; §. 32: τῶν μὲν δυστυχησάντων de Lacedaemoniis, τῶν δὲ κρατησάντων de Persis, tum οἱ μὲν de Persis (qui praesertim locus Sauppium quoque in ann. ad Lycurg. p. 144. offendit); §. 37: πόλις et χώρα; § 40. τίς θεῶν, et τίς ἀνθρώπων; §. 46: αὐτοὶ et quod antithesis causa tantum additum esse elucet, Ἀθηναίους; §. 50: ἀπόντων et ἐγγὺς ὄντων; §. 51: ἐμπειρίᾳ et φύσει; §. 53: καλλίστου et αἰσχίστου; §. 61: καινοῖς et παλαιάν. Quomodo potuerit fieri, ut Mureto haec oratio pulcherrima et ornatissima Lysiae esse visa sit (cf. contrarium judicium Raumeri V. Cl. Hist. ant. II. 173. sq.), mea quidem mente non percipio; ingenti enim verborum pompa referta est; vocabula quae idem significant frequentissime conjuncta ubicunque extant, veluti ut et hujus generis pauca afferam exempla, § 9: πατρίου τιμῆς — ἡμαρτηκότες; §. 13: μετέγνωσαν — πρότερον; §. 14: οὐ προτέρας cf. §. 8; §. 25: ἀφειδήσαντες et φιλοψυχήσαντες; §. 27: ἀτιμαζόμενος et ἀχθόμενος; §. 29: ἀκόντων ὑπακουόντων et οἱ μὲν γὰρ οὐχ ἱκανοὶ et δέος; tum χρημάτων et κέρδος; §. 51: ἐμπειρίᾳ et πολλαχοῦ; §. 54: λόγος et ῥήτωρ. Tum multa in hac oratione inveniuntur, quae accuratas membrorum orationis conjungendorum leges laedant, cujus rei nonnulla quoque memorare mihi liceat. Sic §. 3., quod τοὺς ζῶντας in fine membri est positum quamvis a v. παιδεύοντες pendens, lectorem offendit, nam verbo παιδεύοντες idem objectum, quod verbis ὑμνοῦντας, λέγοντας, τιμῶντας, hac constructione attributum esse videtur; §. 25: τῶν βαρβάρων — χώρας, membra disjecta;

§. 32: qui λήψονται sunt Persae, qui ἁλώσονται Athenienses; §. 43: γνησίαν — ἐπεδείξαντο, quae sententia ante δικαίως velim sit posita; §. 45: ἐκείνοις ad v. βαρβάρων quod praecedit, τούτους vero ad v. Ἑλλήνων quod longius abest, referendum est; §. 48: ἅπαντες, ἕκαστοι, Ἀθηναίοις, ἐλάμβανον, ubi cf. ann. Interpp.; §. 51 et 52: οἱ γεραίτεροι καὶ οἱ τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες κ. τ. λ. αὐτοὶ μόνοι, tum ἀπαντήσαντες αὐτοί; dein μαχόμενοι τοῖς ἤδη ἀπειρηκόσι καὶ τοῖς οὔπω δυναμένοις, denique vero iterum οἱ μὲν οὐκέτι κ. τ. λ. — Quam lata sit oratio, jam ex iis quae de vocibus ejusdem significationis cumulatis attuli, apparet; aliis vero multis locis, ubi istud quidem vitium evitatum est, in longum et aridum campum sermo diffunditur; videsis §. 4. descriptionem Amazonum; §. 12: καὶ ἠξίουν etc., tum §. 13: ἀγαθὸν μὲν etc. et §. 14: τοσοῦτον κίνδυνον usque ad finem paragraphi; quid denique descriptio calamitatum Herculis (§. 16.) hoc loco sibi vult? Hasce nugas Lysiam scripsisse non crediderim; sed alia quoque sunt, quae me quidem magnopere offendant, v. c. cur §. 11: βωμῶν numerus pluralis positus sit? Deinde quam affectate § 15: ἐκείνους τοῖς αὐτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν· §. 16: φιλόνεικον καὶ φιλότιμον αὐτῷ καταστήσας τὸν βίον, nescio num hoc jure possit dici? §. 21: στασιαζούσης dictum est pro ἀπορούσης; §. 26: τὸν κίνδυνον ἐποιήσαντο, quae verba cum sequentibus non quadrant; § 32: ἀπορεῖν c. Dat. rarissima est constructio; §. 35: ναυμαχεῖν ὑπὲρ τῆς φιλότητος putido studio dictum est; §. 37: ἐδεξιώσαντο et σφᾶς αὐτοὺς ὠλοφύραντο medio in proelio! Sed haec hactenus. Lysiam orationem tot tantisque stili erroribus refertam scripsisse credamus, Lysiam qui ex Dionysii Hal. testimonio in genere ἐπιδεικτικῷ erat μεγαλοπρεπής? Equidem non crediderim. Jam enim haecce omnia hominem eloquentiae imperitum illam composuisse indicant; sed ne ex dictione sola argumenta sumam, alia etiam addam: §. 5., ubi de victoria de Amazonibus reportata fabulatur, omnem gloriam quam Atheniensibus se adtribuere opinatur, ipse extenuat verbis ex antithesium studio additis: τυχοῦσαι δ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει καὶ ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προτέρας λαβοῦσαι μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἢ ἐκ τῶν σωμάτων ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες; § 15: Eurystheum falso ἱκετεύοντα vocat; §. 21: ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας auctor non ad Xerxem refert, sed ad Darium et pugnam Marathoniam; §. 44: Peloponnesios consilium murum per Isthmum exstruendi post pugnam Salaminiam ante

proelium Plataeense agitasse falso narrat. Nescio igitur num audacter agam hunc epitaphium a Lysia abjudicans. Recte quidem Joannes Siciliota (schol. Herm. ad form. T. VI., p. 292. W.) eum Demosthenico affirmat multo esse superiorem, sed Lysia eum esse indignum contra omnia veterum testimonia crediderim. Fortasse suspiceris, Aristotelem non hunc epitaphium significare, quod de viris in proelio Salaminio caesis loquatur; sed quia articulum τῷ addidit eaque ipsa verba laudant ex Lysiae epit. Schol. Aesch. et Anecd. Bekk. l. l. Aristotelem memoriter citasse, Westermanno concedam. Sed hoc parum refert. Erant qui conclamarent, Isocratem in Panegyricum suum ex Lysiae Epitaphio et Gorgiae Olympiaco (cf. Spengel. συναγ. p. 66. Foss. de Gorg. p. 63.) multa esse furatum (cf. Plut. vit. Isocr., Philostr. vit. soph. I. 17. Theon. I. 18.), contra quam accusationem Isocratem recte defendit Photius (bibl. cod. 260.). Equidem potius crediderim, auctorem epitaphii nostri multa ex Isocr. Panegyr. in usum suum convertisse (cf. Pfund. de Isocr. p. 19. Saupp. in Actt. Antiq. Darmstad. 1835. p. 405.). In singulis quidem vocabulis hoc illustrare est difficillimum; si vero fabulas mythicas respicimus, ab Isocrate breviore et accuratiore narratione tractatas eas esse videmus, ut auctor epitaphii ex Isocratis schola prodiisse simulque philosophicos mores ostentare mihi videatur; veluti ea quae §. 9. leguntur, ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μηκέτι κ. τ. λ. philosophicam umbram redolent; tum verba §. 10., quibus οἱ νεκροὶ vocantur ἆθλα; §. 14: ὑπὲρ τούτων ἀμφοτέρων ἀποθνήσκειν, mors pro libertate et justitia, duabus notionibus abstractis, vulgare dictum philosophicum; §. 15: ψυχὰς ἐλευθεροῦν opp. vv. σώματα εἰς ἄδειαν καταστῆσαι; omnino vocis ψυχή amantissimus est scriptor variisque significationibus ea utitur. Isocratis autem eum discipulum vel imitatorem esse apparet cum ex studio antithesium, quas ipsas rudius adhibuit (cf. etiam Bernhardy Synt. Gr. p. 310.), et ex imitatione in historia tractanda, ubi latior est Isocrate (cf. §§. 5, 31, 38.), tum ex nonnullis locis, quibus eloquentiam simili fere modo quo Isocrates laudat, cf. §. 19. fin.. ubi λόγον praedicat; §. 42. ἱκανώτατον εἰπεῖν; §. 53: πάλιν ἐπαιδεύοντο. His argumentis id fortasse addere licet, quod apud Aristotelem loco laudato proxime antecedit: καὶ Ἰσοκράτης πρὸς τοὺς συντρέχοντας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν. Quis vero epitaphii nostri auctor sit, hanc quaestionem in dubio relinquam. Antiquus certe est epitaphius et antiquo, ut videtur, tempore Lysiae subditus; Aristotelisne jam aetate Lysiae adjudicatus fuerit, incertum est;

Aristoteles enim nomen auctoris non laudat. Inter legendum discrepantiam quandam duarum partium orationis repperisse mihi videor, alterius §. 1 — 60, alterius §. 61. ad fin.; mirum est, inde a §. 61. immodicum et particularum μὲν et δὲ et antithesium amorem cessisse; num ex hac differentia aliquid conjicere liceat, equidem non decernam.

Ceterum nuperrime duoviri, Schoenbornius (in comm. de Plat. Menex. et Lys. Epit.) et Le Beau (l. l.), quibus assentitur etiam Stallbaumius prolegg. ad Menex. p. 10., probare studuerunt, Platonem in Menexeno nostram orationem funebrem impugnasse; sed si eandem rationem sequaris, quam illi secuti sunt, pari modo Platonem Isocratis impugnare Panegyricum demonstrare possis; exceptis enim nonnullis in historiis enarrandis inter Platonem et Pseudo-Lysiam dissimilitudinibus quae nihil fere probant omnia alia quae Schoenbornius sibi repperisse videtur discrimina speciosius quam verius sunt excogitata (cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 238. sqq.). In toto enim opere Platonico nuspiam Lysiae mentio facta est; prooemium vero mirum in modum a Schoenbornio explanatur (cf. Krueger. de Thucyd. vit. p. 37.). Sed ejusmodi omnia refellere longum est. Quod si vero Platonem respicere oratorem aliquem putandum est, hunc esse Archinum Kruegero concedam. Ut de tempore denique dicam, quo epitaphius habitus esse fingatur, recte veterum jam unus de eo loquitur, Joannes Siciliota (schol. ad Hermog. t. VI. p. 233. W. ubi de Menexeno dicit: ἐν ᾧ εἰσάγει (ὁ Πλάτων) τὸν Σωκράτην πρὸς Μενέξενον ἐπιτάφιον ἐκ προσώπου Ἀσπασίας τῶν ἐν Λεχαίῳ ἀποθανόντων Ἀθηναίων [Ol. 96, 3. a. 393. cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 232.], βοηθούντων Κορινθίοις, οὓς καὶ Λυσίας λόγοις (ne numero plurali offendaris) ἐτίμησεν· ἔστι δὲ τοῦτο λιμὴν Κορινθίων βόρειος καλούμενος. Idem statuerunt Kruegerus ad Clint. p. 105. ac Westermannus in quaestt. Dem. II. p. 33. et in hist. eloq. gr. Tempus ex §. 67. definiendum est. Franzius in ed. quidem Lys. p. 252. Diophanto archonte Ol. 96, 2. 395. orationem habitam esse statuit; in diss. vero de Lys. p. 12. dicit: Χρόνῳ δ' ὕστερον γενομένου τοῦ ἐκ Κορίνθου πολέμου, Ol. 96. Ἀργεῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι στρατηγοῦντος Ἰφικράτους ἐβοήθησαν Κορινθίοις φίλοις δὴ οὖσι καὶ συμμάχοις, καὶ σφαγὴ μὲν τότε μεγάλη δὴ ἐγεγένητο· ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτόθι τετελευτηκόσιν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον λόγον εἶπεν ὁ Λυσίας, quibus verbis pugnam ad Lechaeum significare videtur. Pugnam apud Haliartum commissam non in-

telligendam esse ex primis verbis §. 67. apparet; illo enim tempore non Corinthii solum, sed Boeoti quoque contra Lacedaemonios pugnaverunt, neque Athenienses erant βοηθήσαντες. Cogitandum igitur est de pugna ad Lechaeum (Xen. H. IV. 4, 1—13. Diod. XIV, 86 Nepot. Ages. 5. Schol. Aristid. III. p. 273. Diod.). *) Schoenbornius l. l. p. 9. orationem illos quidem qui Ol. 96, 3. ceciderunt respicere putat, scriptam vero esse Ol. 98, 2. sed argumenta quae profert tam futilia, ne dicam confusa, sunt, ut neminem fore credam, quin reprobret (cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 237, not. 5.).

---

3. Ἀπολογία πρὸς Σίμωνα.

Simo (cujus de genere acute disputavit Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 36.) oratorem nostrum τραύματος ἐκ προνοίας accusaverat; reus se defendit. Uterque Theodotum juvenem Plataeensem amavit; Simo cum juvenem apud reum esse cognovisset, in hujus domum noctu irrupit atque petulanter immodesteque se gessit. Vix ab amicis detractus reum ex aedibus evocavit atque evocatum verberavit. (— §. 9.). Reus pudore commotus Athenis cum Theodoto abiit; paullo post ambobus reversis Simo iterum puero vim affert atque tumultu exorto reum, vix se defendentem, verberat (— §. 19.). IV. annis post hanc pugnam praeterlapsis (§. 19. 39. cf. Schoem. Proc. 636.) Simo oratorem, ut ἀντίδοσιν sibi oblatam avertat (§. 20.), τραύματος ἐκ προνοίας accusat. Simonem vero istum qui rei quoque publicae nil nisi damnum attulerit potius eadem actione persequi sibi licuisse orator demonstrat sequentibus hujus orationis paragraphis, qui mollis suavisque verecundiae ac pudoris speciem prae se fert. De actione cf. Meier. Proc. 314; ibi Meierus statuit, damnatum in judicio reum exilio et bonorum publicatione multari esse solitum; num bona publicarentur Wachsmuthius (antt. Gr. II, 1, 270.) et C. F. Hermannus (progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 58.) dubitaverunt; sed orator quamquam in ceteris locis (§§. 40, 42, 43, 44, 47.) de exilio tantum quod

---

*) Paullo post habitam esse fingi orationem nuperrime Kruegerus (hist. phil. Studien p. 232. sqq.) demonstravit singulasque quae in oratione commemorantur res tam acute exposuit, ut ei aliquid posse opponi vix credam.

sibi immineat loquitur, tamen §. 38. distincte dicit: *εἰς τοσοῦτον ἀγῶνα καθέστηκα, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαυτοῦ ἁπάσης κινδυνεύω.* De hac actione senatus Areopagiticus (§. 1, 3, 5, 9, 10 etc. cf. Boeckh. ind lectt. un. Berol. 182$\frac{8}{9}$. p. 3.) Rege praeside judicabat. Orationem ante Ol. 96, 4. non habitam esse apparet ex §. 45. (cf. Meier. de bon. damn. p. 53., Franz. ed. Lys. p. 252, Krueger. ad Clint. p. 105, Westerm.). Iuvenis Plataeensis quomodo tormentis obnoxius dici possit, quamquam Plataeenses ab Ol. 88, 2. cives Attici erant, cf. quae contra Boeckhium disputaverunt Meierus l. l. et Schoemannus Proc. 686.

4. *Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας περὶ οὗ καὶ πρὸς ὅν.*

Haec oratio antecedenti similis est, *ἀπολογία* in actione *τραύματος ἐκ προνοίας*. Et actor et reus ignoti sunt; verba *περὶ οὗ καὶ πρὸς ὅν* a librariis esse adscripta apparet. Non erat quare Taylorus eam Lysiae suppositam haberet; dictio enim profecto est Lysiaca. Ex Lysiae or. *κατὰ Ποσιδίππου* laudat Harpocratio v. *ἀπολαχεῖν* i. q. *λαχεῖν*, quod hac or. §. 3. legitur, quare Valesius ad Harp. (p. 273. ed. Lips.) hanc orationem esse *κατὰ Ποσιδίππου* putavit; sed hoc falsum est, oratio enim non est *κατά τινος*, sed *πρός τινα*. De *ἀπολαχεῖν* cf. infra frgm. 113. Duo viri communi argento meretricem servam emerant; actor reo *ἀντίδοσιν* obtulerat, sed per amicos reconciliati et in pristinum statum restituti erant. Actor vero feminam in sua domo retinuit neque istam neque pretium reo reddere voluit. Inter epulum illum reus adit; tumultus exoritur. Ille deinde *τραύματος ἐκ προνοίας* hunc accusat, qui hac oratione se defendit. Orator non pudicitiam ostentat, qualem tam belle orator in or. c. Simonem, sed in rebus impuris nullo modo tiro esse videtur. De poena rei in actione *π. τ. ἐ. π.* damnati Meieri sententiam veram esse, hac quoque oratione confirmatur, §. 18: *ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγών ἐστιν*, ubi *βίον* cum *πατρίδος* conjunctum significare apparet opes, nec vitam, de qua solenne verbum est *σῶμα*. Quo tempore or. habita sit non elucet; Franzius (ed. Lys. p. 252.) eam ponit in Ol. 96, 4.

5. Ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας.

Oratio est δευτερολογία. Calliam μέτοικον herum ἱεροσυλίαν commisisse indicaverant servi (cf. Schoem. Proc. 559.). Callias per ἀπαγωγὴν ad XI. viros delatus esse videtur (cf. Meier. Proc. 361.); judices erant Heliastae (ὦ ἄνδρες δικασταί) (cf. Meier. Proc. 307), poena imponebatur summa (cf. Meier. d. b. d. p. 15. Proc. 361.). Reus mercator erat (§. 1.); Lysiam orationem ipsum habuisse fere crediderim (§. 1.); quo tempore, definiri nequit, Franzio (ed. Lys. p. 251.), tamen censente Ol. 94, 3.

---

6. Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας.

Laudant orationem Harpocr. v. ῥόπτρον· Λυσίας κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας· ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ· νῦν τὸν τῆς θύρας κρίκον λέγει κ. τ. λ. (§. 1.). Id. καταπλήξ, ὁ συνεχῶς πεπληγμένος· Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος (§. 50.). Suid. s. v. ῥόπτρον, Phot. lex. p. p. 491, 17. Pors., Moschop. περὶ σχεδ. s. v., Phavorin. s. v., Cramer. Anecd. Oxon. II. 499, 9. ex Harpocr. cf. Hesych. s. v. Eustath. ad Il. γ. 381, 24. Laudat Harpocr. etiam v. Φαρμακὸς, ὄνομα κύριον· Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, εἰ γνήσιος· δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς Θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν· ὅτι δὲ ὄνομα κύριόν ἐστιν ὁ Φαρμακὸς, ἱερὰς δὲ φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας ἁλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, Ἴστρος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν εἴρηκεν. Phot. lex. p. 639, 19. et Suid. Φάρμακος· ὄνομα κύριον· Λυσίας φησὶ· δύο ἄνδρας κ. τ. λ. Etym. M. Φάρμακος, ὄνομα κύριον, ὅτι δὲ ὄνομα κύριόν ἐστι, Λυσίας φησί· Ὁ Φάρμακος, ἱερὰς φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας, ἁλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη· καὶ τὰ τοῖς θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, ὡς Ἴστρος ἱστορεῖ κ. τ. λ. Quid hoc sibi velit, incertum est; in nostra oratione §. 53. φαρμακὸν quidem legitur, ibi vero non est nomen proprium, sed piaculum (cf. Vales. ad Harp. p. 193. s. 401. ed. Lips.); quamobrem aut lexicographos statuendum est errasse aut ante initium orationis quale

nunc mutilum est de illo Pharmaco sermonem fuisse; quae sententia non prorsus est veri dissimilis, orator enim multa de impiorum poenis disputasse videtur atque quamquam poenas divinitus immissas plerumque eum commemorasse censemus, tamen non est cur negemus illum etiam poenas quas ab talibus viris scelestis expetiissent homines, eo nempe consilio, ut judicibus idem judicium commendaret, jactasse.

Harpocrationi oratio suppositicia videbatur esse atque in eandem sententiam descenderunt Ruhnkenius (hist. crit. p. 50.); Sluiterus (Lectt. And. c. 8.), A. G. Beckerus (Andokides p. 5—7.), Dobreus (advv. p. VI. ed. Dobs.), contra quos nuper defensor extitit orationis Jo. Franzius (de Lys. p. 8—10.), confidenter contendens: „ὅτι Λυσίου ὁ λόγος ὅδε, δῆλον ἂν γένοιτο τῷ κἂν μικρὸν προσέχοντι. Τεκμήριον δέ· οὔτε γὰρ ἡ λέξις παραλλάσσει τοῦ εἰωθότος, οὔτ' ἂν τὴν ἄλλην ἀρετήν τις τὴν Λυσίου ποθοίη ἄλλοθέν ποθεν ἐπιζητῶν." Sed equidem fateor vehementer me offendisse dictionem, atque ipse Franzius sententiam suam jam retractavit in ed. Lys. p. 279. In oratione jejunitatem quandam, quam Lysiae propriam esse dicunt, reperiri negari nequit; sed haec jejunitas a Lysiaca multum differt. Auctor nostrae orationis ornatum quendam verborum gravitate affectat, sententiarum conformatio multis locis (cf. §. 8.) audacissima est, quae vero profert nullo fere nexu conjuncta sunt, omnia enim permiscet, largus est verbis locisque communibus, parcus sententiarum et argumentorum. Quare cum sententiarum inopia atque orationis tumor mire occurrant, suavitatem veram plane deesse sequitur. Nec subtilitatem nec tenuitatem usquam reperies. At simplicem Lysiae dictionem in hac oratione inesse dicamus? Minime, sed tumida est et inflata; plures praeterea sunt locutiones quae sophistam sapiunt, ut §. 19: ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα; §. 25: ἐξ ὅσου Ἀθῆναι ἀείμνηστοί (quae vox etiam Meiero de bon. damn. p. 183. valde suspecta videbatur) εἰσι; §. 29: καταπλεύσας εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν; cujusmodi lectionum nullum apud Lysiam invenies exemplum. Veritatis quoque studium frustra quaeras. Orator semper rem auget, declamat, nil probat; in causa tam gravi neque legem affert neque testem producit, cum Athenienses Andocidis facinora non ignorare plurimis locis repetens, tum maledictis in adversarium conjiciendis tanquam testimoniis clarissimis utens. Ad deos semper semperque provocat; sed hoc quoque subsidio inepte utitur. Permirum ei videtur, quod dei Andocidem nondum exstinxerint, quare eum eo usque ser-

vatum esse ut sua ope pervertatur, etiam atque etiam clamoribus jactat. Sed ipse se sua oratione parum esse effecturum videtur intellexisse; subito enim in locum communem evagatur atque de sera numinis vindicta inania verba profert. Qui locus ad satietatem usque inculcatur; neque enim subsistit in expositione ista longiore §. 20: οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει; sed in ira illa saepius recoquenda genio indulget §§. 3, 19, 27, 28, 31, 33. Nihil vero magis sapit declamatorem quam injecta Diagorae Melii mentio §. 17., ubi Andocides dicitur Diagora Melio nequior, hyperbolice adeo et per αὔξησιν sophisticam, ut quod simile sit in Lysiae orationibus non reperiatur. Deinde quum Andocides in oratione huic contraria praesertim id agat (§. 70. etc.), ut ostendat Isotimidis psephisma ad se non pertinere et abrogatum esse per psephismata Patroclidis et Tisameni legemque ἀμνηστείας archonte Euclide latam, tum se quoque contineri pactis post populi reditum initis et jurejurando illis temporibus praestito, facile intelligitur, id fuisse caput accusationis, Andocidem psephismate Isotimidis arceri a templis neque ad ipsum decreta illa Patroclidis et Tisameni pertinere. Auctor vero nostrae orationis nec psephismatis nec legum illarum mentionem fecit; pacta et jusjurandum leviter tantum tangit nec subtiliter de iis disputat, ut solet Lysias, sed clamat homo et perorat. Neque contradicas, oratorem ut qui δευτερολογίαν dixerit, has leges jam a Cephisio prolatas neglexisse. Sane si de illis omnino tacuisset contentus forem, sed multa de iis verba facit (§. 37—41.) quibus ne minimum quidem firmat, ut nihil profecto inveniatur ex quo fides oriatur, cum Lysiae contra πιθανότης sit notissima. Quomodo veritatis studium plane interierit jam diximus atque virtutis ἠθοποιίας Lysiacae nullum omnino vestigium inveniri ne miremur. Nullam igitur Lysiae virtutem proprietatemve in nostra oratione cognosci cum satis, ut videtur, probatum sit, ne sensui nostro quo venustum ac pulcrum percipimus repugnemus neve Lysiae orationem omnis suavitatis inopem, cujus genus a Lysiaco plane differt, attribuamus. Sluiterus (p. 174.) et A. G. Beckerus (p. 7.) auctorem or. ab aetate Demetrii Phalerei fortasse non longe remotum fuisse statuerunt. Sed, ni fallor, viri docti errant. Oratorum enim illius temporis dictio et sententiis concinnis venusta et verbis volucribus incitata erat; memoratur quidem ex illo tempore Lysiae imitator, Hegesias, sed iste saltavit incidens particulas, qualem rationem nostra oratio non prae se fert. Si vero in scholarum umbraculis aliud fuisse dicendi genus

opinueris, ne hoc quidem concedam. Posterioribus enim temporibus omnes oratores in scholis excultos esse satis notum est; uti igitur eos quae in scholis didicerant, in foro ostentasse statuere nobis licet, ita idem dicendi genus quod in foro versatur, in scholis excultum esse existimandum est. Eandem sententiam secutus est Cicero (Brut. 27.), cum dicat hoc totum genus quale Demetrio proprium sit, e sophistarum fontibus defluxisse in forum locosque communes qui dicantur e philosophorum scholis evasisse. Illi vero dicendi generi or. in Andoc. non respondet; nullam sane suavitatem mollem teneramque reperies. Neque Sluitero illam nitorem fucatum quendam habere concedo; summa enim jejunitate oratio molesta est neque orationibus circa Demetrii Phalerei tempora habitis quas minime contemnendas esse Cicero affirmat, adjungenda. Mihi potius oratio circa Lysiae tempora scripta esse videtur. Auctor enim et jejunitatem simplicitatemque affectat, quibus Lysia multo inferior est, neque sophistarum, praecipue Gorgiae dictione eum imbutum fuisse agnosci nequit. Hoc autem mihi inde demonstrari posse videtur, quod et tota fere oratio in Andocide vehementer vituperando versatur omnique ἠθοποιίᾳ caret; et alia quoque quae dictionis Gorgianae propria erant, in nostra oratione reperimus. Diagoram enim Melium (§. 17.) et Batrachum (§. 45.) hoc tantum consilio commemoravit auctor, ut hyperbolae figura uti, nempe iisdem Andocidem nequiorem dicere posset. Neque firmum dicendi genus in oratione me invenisse confiteor; dictio nunc maxime jejuna nunc tumidior est et omnino fluctuat. Qua ex re si de auctore conjici quidquam licet, eum ingenio quoque fuisse ex sycophantarum numero statuerim.

Errores autem multos in oratione invenisse sibi videntur Ruhnkenius et Sluiterus indeque si recte contenderint multam suae sententiae auctoritatem sumsisse. Hi igitur errores diligentius mihi inquirendi sunt:

1) Andocides (§. 11.) dicitur accusasse Aristippum φάσκων ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον; quasi Hermes ille a majoribus suis fuerit consecratus, quem constat fuisse donarium tribus Aegeidos. „Tempore autem Lysiae", argumentatur Sluiterus, „communis iste error seu vulgaris opinio nondum invaluerat, cum Hermes Andocidis ab ipso demum oratore famam nomenque in historia acceperit, quoniam ceteris Hermis truncatis solus ille qui prope januam Andocidis erat, integer manserat. Sed postea demum cum rationem appellationis haud satis perspicerent vel ignorarent homines, πατρῷον Andocidis fuisse crediderunt. Inter eos qui falsam opi-

nionem sequebantur Duris fuit Samius teste Harpocr. v. *Ἀνδοκ. Ἑρμ.* Et haec quidem res scriptae orationis aetatem non obscure indicare videtur, eam nempe, qua ad exemplum Demetrii Phalerei pro veris in foro caussis fictas in schola agere atque in umbra declamare coeperunt." Quae Sluiterus eundemque secutus Beckerus dixerunt, auctorem legisse orationem Andocidis de mysteriis, iisdem ad Sluiteri rationes, quibus nostram orationem posterioribus temporibus scriptam esse demonstrare studuit, labefactandas uti mihi liceret; si enim auctor foetum suum Lysiae supponere volebat, Andocidis autem orationem legerat, omnia sane quae fidei nocere poterant evitasset. Hoc vero relinquamus. — De nomine autem *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς* exorto cf. Plut. Alcib. 21. Nic. 13. Clement. Protrept. V. 1. p. 80. ed. Potter., Harpocr., Hesych. s. v., Phot. p. 488., Bekk. An. p. 212, 14. Duris falsa opinione Andocidem dedicasse Hermam imbutus errorem suum subtiliter defendisse videtur; quanam enim ratione eum prae aliis Harpocratio memorasset? Ad aedem Phorbantis prope *Σύμβολον* (Plut. de genio Socr. c. 10.) Leogoras et Andocides habitabant ibique priores Andocidis majores sedem habuisse conjici licet ex ejusdem verbis de myst. §. 62: *Ὁ Ἑρμῆς ὃν ὁρᾶτε πάντες, ὁ παρὰ τὴν πατρῴαν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν*, et §. 146: *καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα, ἀλλὰ κ. τ. λ. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις πώποτε ὑμῶν παριὼν τὴν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν ἀνεμνήσθη ἢ ἰδίᾳ τι ἢ δημοσίᾳ κακὸν παθὼν ὑπ' ἐκείνων οἳ πλείστας μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας πολλὰ τρόπαια κ. τ. λ. ἀπέδειξαν, πλείστας δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες κ. τ. λ.* Ut Andocides suam domum patriam vocat, ita auctor nostrae orationis Hermam ad Phorbanteum Andocidis Hermam patrium nominavit, quo ejus locum significaret, qui nempe ad Andocidis domum patriam staret, ejusque quasi patrimonium esset, ab Andocidis vero majoribus eum non consecratum esse haud ignorans (cf. Soph. O. T. 16: *βωμοῖσι τοῖς σοῖς* de aris pro foribus aedium regis positis). Neque alium loci citati §. 11. sensum esse Harpocrationis quoque erat judicium; sin secus putasset, s. v. *Ἀ. Ἑ.* magnum auctoris nostrae or. errorem non praetermisisset. Prorsus aliter explicuit Schoemann. ad Isae. p. 201., cui assentiri non possum.

2) Orator narrat §. 21. Andocidem de Hermis violatis accusatum litem vinculis aestimasse, cum potuisset pecunia aestimare eumque noluisse servum conscium tradere, sed curasse

ut necaretur, tum autem cum per annum in vinculis fuisset amicos indicasse. Hic locus difficillimus mihi esse videtur. Sluitero quidem non assentior qui conjicit (p. 62. sqq.) omnia de servo necato falso esse dicta. Plutarchus enim (vit. And. p. 834.) narrat Andocidem jam antea de Hermis mutilatis et sacris Cereris violatis indicatum esse et cum servum quem accusatores cupiissent tradere noluisset in criminis alterius, nempe de Hermarum mutilatione nota, suspicionem venisse (πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὕποπτον γενέσθαι). Quamvis illud indicium de sacris violatis falso esse ex posteriori indicio desumtum verisimile sit, cum Andocides ipse mysteria unquam se profanasse neget, duplex tamen accusatio statuenda est. Quod enim Plutarchus narrat, antea noctu comissantem Andocidem per ludibria et petulantiam simulacra quaedam praecidisse, eo pertinere videtur, quod Thucydides VI. 28. et Plut. Alc. 18. narrant, inquilinos quosdam et servos mutilationem aliarum statuarum ab ebriis juvenibus antea factam in judicium detulisse. Inde Andocidem postea in majorem suspicionem incidisse ex Plutarcho elucet neque eundem cum Euphileto, Meleto, aliis viris turbulentis societatem conjunctissimam iniisse (cf. And. de myst. §. 61.) Athenienses ignari erant. Paullo post nota illa Hermarum mutilatio accidit. Eos qui revera scelus commiserint se indicasse et ita crimine absolutum esse ipse Andocides narrat (de myst. §. 20.); eum se ipsum detulisse Thucydides (VI, 60.) et Plutarchus (Alc. 21.), patrem vero indicasse quoque, sed servasse Plutarchus (vit. or. p. 834.), Photius, Tzetzes (Chil. VI. 367.), quae vero falsa mihi esse videntur, petita nempe ex iis quae sibi objecisse inimicos Andocides (de myst. §. 19. de redit. §. 7.) declaravit atque a se avertit. In oratione nostra hoc tantum illi crimini datur, quod amicos cognatosque sibi carissimos delatione sua perdiderit; hoc vero etiamsi falsum foret, quia Andocides saepius sua ope cognatos suos liberatos, viros vero quibuscum antea conjuravisset in judicium esse delatos asseveravit, orationem quominus genuinam habeamus non potest impedire, quia inimicos suos eadem dixisse Andocides testatur. Attamen non negandum est duas lites quibus Andocides implicitus fuerat a nostrae orationis auctore confusas esse neque hoc quidem cum Beckero (p. 20.) statuerim, Andocidem, cum impios qui mutilaverant Hermas indicasset, per annum in custodia servatum esse, cum illam poenam carceris longiorem ad priorem causam referendam esse ex §. 23. perspicuum sit. Jamdudum autem tempus quo scelera in Hermas erant commissa, nempe Ol. 91, 1.

praeterlapsum erat; duri inde et iniqui dies secuti erant, ita ut non mireris quod post XIII. annos cum Andocides accusaretur nonnulli tantum de illis facinoribus accuratius loqui potuerint. Cujus rei si memineris facillime intelliges quomodo noster quoque orator in errorem inciderit. Si autem orator omnia facinora quae Andocides in diversis Hermarum mutilationibus commiserat, in unum coarctavit, posterior praesertim actio, in qua ex vera historiae narratione omni culpa A. carebat, in invidiam adducta est. Ne mireris quod Andocides in sua oratione in illum errorem non invehatur; nam quum de Hermis mutilatis accuratius esset locutus, hac re ipsa se ab omni crimine vacuum esse demonstravit neque accusationis quos errores esse apparebat eum refutare necesse erat. Orationem igitur nostram propter ea quae §. 21. sqq. dicta sunt, posterioris temporis rhetori tribuendam esse non existimo.

3) §. 46. Andocides nunquam militasse dicitur, cum classi praefuerit cum imperio. Thucydides quidem et Plutarchus narrant, Andocidem Leogorae f. classi XX. navium, quae Corcyraeis contra Corinthios auxilio missae sunt, cum Glaucone Leagri f. praefuisse neque Tayloro qui Andocidem avum intellexit assentiendum esse Ruhnkenius ostendit. Sed Andocides ipse quotiescunque sua de republica merita memoravit de illo imperio nunquam loquitur, ita ut certi aliquid de hac re proferre non ausus sim. Utcunque res se habet, adversario qui per αὔξησιν oratoriam Andocidem unquam profuisse quidquam civitati neget ignoscendum est. *)

4) §. 51. a sacerdotibus devotus fuisse perhibetur Andocides. Quod ut credam cum unius Pseudo-Lysiae auctoritate nitatur haud facile adducar; si enim devotus fuisset, non ausus esset in patriam redire nisi prius publice foret revocatus et sacerdotes iidem qui illum devovissent antea resecrassent. Equidem cum Sluitero existimaverim, auctorem orat. Alcibiadis causam (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 24. 27.) in Andocidem transtulisse. Longo enim tempore post scelera in mysteria Hermasque commissa praeterlapso Andocidis et Alcibiadis causae de eadem re actae facillime confundi poterant. Praeterea autem quum constet, decretum quondam factum esse contra Andocidem quo arcitus sit a foro templisque, non est quod

*) Quum haec conscripsissem Meierum vidi in ind. schol. un. Hal. 1837. p. III. sq. Taylori sententiam acute defendentem quae si vera est, conatus hicce meus nostrum oratorem contra Sluiterum defendendi jam superfluus videtur.

miremur hac in re describenda veritatem ab adversario esse relictam.

5) Ruhnkenius et Sluiterus Pseudo-Lysiam sibi ipsum interdum obloqui contenderunt. Andocides §. 31. dicitur opes suas minuisse et inter delatores divisisse, contra §. 48. tam opulentus esse ut rei publicae inopiam si voluerit sublevare potuerit. Sed Andocides ipse confitetur se magnas habuisse fortunas (de myst. §. 144.), eas vero ipse valde imminutas esse addit. Haud secus adversarius judicat; Andocidis quidem opes multis periculis valde extenuatas esse pro certo habemus idemque Pseudo-Lysias testatur: ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται; eidem vero assentior Andocidem adhuc divitem fuisse. Andocides enim postquam Athenas revertit senator factus multum et in senatu et in contione valuit (cf. Clinton. f. H. p. 95.); complura munera publica administravit; gymnasiarchus fuit Vulcanalibus; architheorus ad ludos Isthmicos et Olympicos missus est; deinde sacri aerarii quaestor (de myst. §. 132.), et choregus Dionysiacis victor dithyrambicis poetis donarium sacravit tripodem (cf. Plut. Andoc. p. 835. et inscr. ap. Boeckh. C. J. V. I. P. II. no. 213.). Ex quibus apparet ejus opes magnas adhuc fuisse; quod Andocides ipse hoc negare videtur, nihil refert; etiam vero addit: ἔπειτα δὲ καὶ βίον εἰργασάμην ἐκ τοῦ δικαίου, tum se cum multis regibus et civitatibus societatem iniisse (§. 145.), id quod Pseudo-Lysias quoque (§. 48) affirmat, ita ut Andocidis fortunae non plane exstinctae fuisse videantur neque auctor nostrae orationis sibi obloqui. Neque quae §. 30. extant: τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει iis quae §. 9. dicta sunt, Andocidem jam pollere in republica, contraria sunt, cum illa verba non ita intelligenda sint, ut Andocides quamdiu Athenas reverterit, in custodia teneatur, sed verba §. 30. (ἁλώμενος διάγει etc.) copiosius repetantur iisque Andocidem semper fere in vinculis haesisse amplificatione quadam oratoria vel inaccurato sermone declaretur.

Multa autem orationi insunt quae tam accurate sunt dicta, ut oratorem Andocidis tempore vixisse inde colligam: ad quam sententiam probandam inquiramus in orationis singulas paragraphos:

§. 4. De mysteriis profanatis cf. §§. 10 et 29. And. de myst. §§. 10. 29.

§. 6. Orator de Andocidis ἀποδημίᾳ loquitur. Andocides se legationes suscepisse in Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, Italiam et Siciliam contendit (adv. Alcib.

§. 41.). Taylorus quod hic locus Pseudo-Lysiae obstat, orat. adv. Alc. Andocidi abnegandam esse existimavit; contra Ruhnkenius monet, oratorem ut accusatorem quam *πρεσβείαν* dicere debebat, invidiose *ἀποδημίαν* dicere; quod ipsum monet Valckenaerius: „dicere potuit legationes Lysias invidiose *ἀποδημίαν*; nisi publicis rebus se immiscuisset bis in regionibus Andocides quomodo dici potuit illas *διωχληκέναι?*" Sluiterus (p. 15.) miratur virorum sagacissimorum neutrum animadvertisse, non de eadem re loqui oratores; non enim Pseudo-Lysiam agere de legatione Andocidis, sed de peregrinatione ejus post piaculi erga Hermas sive veram sive falsam accusationem; hoc enim ex regionum diversitate apparere, cum quas enumeret Lysias, Peloponnesum, Joniam, Cyprum et regiones Hellesponto adjacentes, exul adierit Andocides, non legatus; nam de iis l. l. nihil ipsum dixisse. Sluiterus igitur (p. 72.) oratorem putat de illo tempore loqui quo Andocides crimine Hermarum truncatorum absolutus mercaturae causa alias terras adierit (de myst. §. 13. Pseudo-Lys. §. 19., Plut., Phot.). Recte vero Wyttenbachius (bibl. crit. III, 3, 78.) statuit, legationem et peregrinationem Andocidis a Pseudo-Lysia confundi. Beckerus quidem contendit (p. 12.) hoc obstare quod Andocides in sua oratione ut legatus civitati profuisse, in nostra vero oratione ubicunque terrarum mala concitasse dicatur; sed hoc parum refert, quia Andocidem unquam rei publicae profuisse adversarius necesse erat negaret, id quod legatione ac peregrinatione confusis facillime poterat demonstrare, Andocides autem post accusationem omnes regiones hoc loco commemoratas, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Joniam, Cyprum adiisse nullo loco dicitur. Ceterum Meierus V. III. si annum Andocidis natalem recte statuit, certe orationem contra Alcibiadem ille quoque locus spuriam indicat ideoque orator noster optime esset locutus.

§. 9. (cf. §. 24. et §. 51.). Contra Andocidem postquam crimine Hermarum mutilatorum absolutus sit factum esse quoddam decretum quo arceretur a templis foroque licet unus nobis sit auctor Pseudo-Lysias (cf. Meier. de bon. damn. p. 183.) indicat tamen ipse Andocides (de redit. §. 24: *τὸ ψήφισμα ὕστερον ἀφείλεσθε κ. τ. λ.*) jureque illud colligas ex indole et natura actionis post reditum adversus illum institutae, *ἐνδείξεως* scilicet. Qua ratione Athenis decessit, cum sibi *ἀτιμίας* poena affecto, omnibus civium juribus, praesertim jure in conciliis loquendi spoliato, in quemvis adversarium injurias sibi inferentem actionem intendere non liceret (cf. §. 24. Schoemann.

Proc. 563.). Bonis exulantis publicatis domus Cleophonti a populo ad habitandum data est (cf. Meier. de bon. damn. p. 183.). Itaque accusator illam peregrinationem, quam sua voluntate incepisse Andocides indicat (cf. de myst. §. 137.) ἀποδημίαν jure vocat (§. 6.). Hic locus sane, quo de Andocide subtiliter et solerter aliquid dictum est, argumentum nusquam quidem affirmatum, sed haud dubie gravissimum est, or. nostram posterioribus temporibus non esse conscriptam. De iis autem quae §. 51. de Andocide ab sacerdotibus devoto dicta sunt, jam supra dixi.

§. 11. Quae de Archippo s. Aristippo narrantur non est quare in dubium vocemus. cf. §. 30. Lys. de mun. acc. §. 20. Clinton. p. 95.

§. 17. cff. §§. 50. et 4. et And. de myst. §. 10. 29.

§. 19. cf. And. de myst. §. 137.

§. 26. Post piaculi erga Hermas accusationem Andocides in complures regiones pervenit (cf. Clint. p. 79.) et primum quidem in Cypro apud Citii regem gratiosus fuit; deinde quum a se illum alienasset, in vincula injectus, summa quaeque mala perpessus est; quod ideo factum dicunt Plutarchus et Photius, quod filiam Aristidis cujusdam, consobrinam suam, clam familiae surreptam, primum dono miserit Cyprio tyranno, deinde vero cum timeret, ne domum reversus plagii accusaretur, illamque iterum conaretur abducere, deprehensus sit. cf. Tzetz. Chil. VI, 373.

§. 27. Quadringentis viris dominantibus post tres fere annos praeterlapsos revertit εἰς τοὺς ἠδικημένους, quod opem tulerat classi ad Samum dispositae, quae obedientiam erga quadringentos renunciaverat; (cf. de redit. §. 11.). Eo quum pervenisset, a Pisandro accusatus est, et quamvis ad aram quidem quae in curia stabat, confugeret, tamen in carcerem est deductus (ἐδέθη).

§. 28. Inde emissus primum ad Euagoram pervenit, tum multos locos (ἔφευγε κ. τ. λ.) pervagatus est; denique libertate restituta Athenas rediit.

§. 29. Sed decreto quo ἀτιμίᾳ punitus erat, nondum abrogato iterum in exilium ejectus est (cf. Clinton. p. 93.). Quod quamvis ab hujus or. auctore solo narretur, non est cur in dubium vocemus; sed id ipsum grave argumentum mihi videtur esse orationem tempore quo Andocides vixerit revera esse scriptam.

§. 30. Deinde Andocides primum in terram Eleam (Plut., Phot.) se contulit, tum multas regiones perlustravit (de redit.

§. 20., de myst. §. 4.), id quod adversarius verbis *τὸν ἄνδρα οὗ δῆμος κ. τ. λ. ἐθέλει δέξασθαι* apte exprimit. Reversus tandem ex Cypro (de myst. §. 132.) Ol. 94, 2. brevi tempore magnam potentiam sibi recuperavit et Archippum (§. 11.) accusare est conatus. Sed ipse bis accusatus est (*δὶς ἐν τῷ αὐτῷ* sc. *ἐνιαυτῷ ἐνδέδεικται*), de qua re Pseudo-Lysias solus quidem disputat, sed Andocides ipse indicat de myst. §. 1: *τὴν μὲν παρασκευὴν* etc. *τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὥστ᾽ ἐμὲ κακῶς ποιεῖν, ἐξ ἀρχῆς ἐπειδὴ τάχιστα ἀφικόμην εἰς τὴν πόλιν ταυτηνί, σχεδόν τι πάντες ἐπίστασθε,* quibus verbis *ἔνδειξις* illa, cujus causa A. or. de myst. habuit, significari non potest, utpote quae tertio demum anno post Andocidis reditum acta sit.

§. 33. Orator narrat Andocidem jam in republica pollere cf. de myst. §. 132. Andocidem fidem populi esse renactum adversarius de industria non exponit, sed illius recentem auctoritatem malis artibus effectam depingit.

§. 37. Andocidi legis ne quis ante actarum rerum accusetur participi esse non licere demonstrare multis verbis studet orator, sed quae profert ab Andocide (de myst. §. 70—109.) plane refutantur.

Nullo quidem loco orationis extant quae temporum rationem laedant; attamen quae §. 6. de Dionysio Syracusano dicuntur, falsa esse videntur. Dionysius enim Ol 93, 3. regnum sibi comparavit; legatio vero Andocidis incidere videtur inter Ol. 86—89. ante pactas cum Lacedaemoniis inducias. Absurdum esse Sluiterus (p. 15.) statuit, de Dionysio loqui oratorem nisi *ἀποδημία* illa in ea tempora inciderit, quibus iste jam tyrannide fuerit potitus. Etiamsi vero Andocides statim post sceleris in Hermas commissi accusationem Dionysium tyrannum non adiit (cf. Clinton. p. 93.), quia jam Ol. 92½ Athenas revertit, qua ex ratione Beckerus (p. 12.) auctorem orationis posteriori tempore vixisse collegit, tamen non est cur dubitemus quin Andocides iterum Ol. 92¾ cum in exilium esset ejectus adierit Dionysium; peregrinationes enim a nostro oratore confundi jam vidimus. Hoc vero argumento relicto Dionysium priusquam imperium nactus esset, omnem in republica potentiam usurpasse constat; qua ex causa Andocides illo jam tempore suo commodo eum adire poterat. Neque quidquam obstat, quominus in nostra oratione Dionysius tyrannus dicatur; quo enim tempore oratio habita est Dionysius imperium obtinuit atque ut enarrationem paucis absolvat, suo jure orator ty-

rannum eum vocat. Hisce autem verbis in quam majorem suspicionem Andocides incidat neminem effugiet.

Oratio revera adversus Andocidem habita esse videtur. Andocides accusatus est Ol. 95, 1. brevi post mysteria mense Boedromione celebrata (cf. Clinton. p. 97. 339.); causa erat ἔνδειξις (cf. de myst. §. 8. 10. 29. 111. 121. Pseudo-Lys. c. And. §. 15. Meier. Proc. p. 224. 236. 239. 243.) ad Regem delata (cf. de myst. §. 111. Meier. Proc. 245. 300. 305.), ab Heliastis judicanda. Callias Hipponici f. Cephisium, Meletum, Agyrrhium, Epicharem impulerat, ut coram populo Andocidem accusarent. Qua in causa actionem primariam egit Cephisius (de myst §. 33. 71. 92.); quae tamen nostra oratio non est (cf. §. 42.). Neque etiam ab Epichare pronunciata est haec oratio; Andocides enim (de myst. §. 100.) Epicharem impurum scortorum amorem sibi exprobrasse dicit, cui ne simile quidem hic invenimus; neque ab Agyrrhio, quem sibi inimicum Andocides quidem obscuris tantum verbis depingit (de myst. §. 133.), sed ex Schol. Arist. Plut. 176. Eccl. 102. 184, Harpocratione s. v. notus est. Phileas s. Philergus hic in censum non venit, quod Andocidem ἱεροσυλίας accusavit (cf. Suid. v. Φιλέας, Meier. Proc. 361, Boeckh. O. c. II, 319.). Fere crediderim nostram orationem esse δευτερολογίαν atque a Meleto habitam. Sed hic locus non est, ut rem copiosius exponam; paucis igitur verbis rem absolvam. Cephisius (de quo cf. And. de myst. §. 92. 93.) orationem primariam in Andocidem habuit; accusavit eum mysteriorum profanatorum (de myst. §. 10 — 33.) Hermarumque mutilatorum (de myst. §. 34 — 70.); dein Isotimidis decretum in Andocidem valere statuit (de myst. §. 92.). Epichares τριτολογίαν videtur, Meletus autem δευτερολογίαν habuisse, in qua locum communem, Andocidem ex periculis a diis servatum, ut adversariorum ope exstingueretur, quem Cephisius jam jactaverat (de myst. §. 137 — 139.) denuo tractavit; tum autem de mysteriis ab Andocide profanatis in eademque re describenda uberius de aliis hominibus impuris atque de numinis vindicta locutus est Andocide teste (de myst. §. 29.), de Hermis truncatis disputavit (cf. §. 23. et de myst §. 54.), deinde Andocidi legis ἀμνηστείας participi esse non licere (adv. And. §. 46. etc.), sed potius ex legibus non scriptis (cf. Schoem. de comit. p. 301., ad Is. p. 398, Meier. Proc. p. 117, Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 303; Müller. Eumen. p. 163.) eum judicandum esse statuit (cf. §. 10.), quam sententiam plane rejiciendam esse probavit Andocides (de myst. §. 85.

sqq.); Athenienses denique exhortatus est, ut contemnerent societatem quam Andocides cum regibus iniisset (§. 48. de myst. §. 145.).

Meleti mores ex actione de Socrate instituta noti sunt. Bonis literis eum non destitutum fuisse, (ῥήτωρ etiam vocatur. Eudoc. p. 301.) tragoedias scripsisse Aristophanes testis est et cum Callia turpissimam consuetudinem habuisse (cf. Arist. Gerytad. frgm. 1, πελαργ. fr. 1, γεωργ. fr. 21, Schol. ad Ar. Ran. 1337, Sannyrion. ap. Athen. XII. 551. c., Plut. de profect. in virtut. c. 2., Plat. apol. p. 23. E., Schol. Plat. ap. p. 330. Bk., Suid. v. Μέλιτος, Aelian. v. h. X, 6. Meinek. quaestt. scen. II. p. 18. Fritzsch. quaestt. Arist. I. p. 44 sqq. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 32. 36.). Ut Socratem deos non credere declamavit, ita accusationem Andocidis hac re studet illustrare et extollere, atque deos de quorum vindictis disputat quasi testes plurimis locis provocat.

Sed unus extat in oratione locus, qui totam meam disputationem subvertere videtur, §. 54, ubi orator dicit: *Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ ἱεροφάντου ἡμέτερος πάππος*. Inde enim Zacorus ex aetatum computatione circa belli Persici primi tempus vixerit (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 24.); sed Zacorus non est nomen proprium, sed rei divinae significatio (cf. Suid. et Etym. M. h. v., Moeris p. 404.), quem ad modum quae constant pleraque rerum divinarum nomina significationem continent (cf. Meier. de gentil. Att. p. 41.); ex ejusmodi igitur nominibus nihil de civilibus Eumolpidarum nominibus conjicere licet. Tum Eumolpidarum alios alios pagos habitasse constat (cf. Meier. l. l. p. 35.); quare ex iis quoque nihil colligere licet. Quae autem de Meleti genere comperta habeam, pauca sunt. Erat Meleti f. *Πιτθεύς* (Diog. Laert. Socr. p. 114.); Socrates cum ab eo accusabatur, *εὐγένειον* (satis imberbem) vocavit (Plat. Euthyphr. c. 1.); quod vero Socrates eum satis innotum esse dicit, hoc non urgendum est; nam ex actione de mysteriis profanatis, qua ab Andromacho, et de Hermis truncatis, qua ab Teucro est delatus, satis erat notus. Tum autem genere an fuerit conjunctus cum Diocle Eumolpida, nescio; Diocles quidam *Πιτθεύς* vocatur ab Isaeo (de Ciron. her. §. 19.) et Demosthene (in Mid. p. 534.). Perpauca sane de Meleti genere scimus; conjectura igitur tenuis sit mea opinio. Utut autem de actoris nomine conjicias, hoc stat, Andocidem a Callia Ceryce et ab Eumolpidis acerrime esse impugnatum. Nobilissimarum Cerycum familiarum altera, Hipponicorum et Calliarum, Melitensis, altera, Andocidis, Cyda-

thenaeensis erat (cf. Meier. l. l. p. 35. 37.). At religionum causam hic agi, non cum Boeslero et Meiero statuerim, nam ne minima quidem ex Calliae vita strenuitas, qua deorum venerationem sit tuitus, elucet neque ex orationibus Pseudo-Lysiae et Andocidis talem prae se ferre speciem actionem conjicere nobis licet. Orationem mihi videri Ol. 95, 1. habitam esse dixi; quare Franzius (ed. Lys. p. 251.), Meierus (ind. lectt. un. Hal. 1837. p. V.), Kruegerus (ad Clint. p. 95.), Westermannus in Ol. 94, 3. eam ponant, equidem nescio.

---

7. Ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία.

Harpocr. v. σηκός· ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας (ἀσεβείας Vales.) περὶ τοῦ σηκοῦ ἀπολογίᾳ, ἐν ᾧ δηλόν ἐστιν ὡς περὶ ἐλαίας ἐκκοπείσης ὁ λόγος ἐστί· γράφει δὲ καὶ ταυτὶ ὁ ῥήτωρ „ὃς δύο ἔτη ἐγεώργησεν οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν οὔτε μορίαν οὔτε σηκὸν παραλαβών." κ. τ. λ. (§. 10.). Suid. v. σηκός· τάττουσι τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ ἐλαίας· λέγει γὰρ Λυσίας· „ὃς κ. τ. λ. Eadem habet Photius p. 508, 15. — Harp. et Phavor. v. ἐπιγνώμονας ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ σηκοῦ (γνώμονας §. 25, ubi cf. Brem. et Boeckh. O. c. I, 327. Schoem. Proc. p. 566. — Suid. v. μορίαι· ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια κ. τ. λ. Τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος σηκὸς ἐκαλεῖτο· Λυσίας· „Ἄρχοντα σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος κ. τ. λ. (§. 11.). Harp. ἄερκτον, ἀντὶ τοῦ ἄφρακτον καὶ πανταχόθεν καθορώμενον. Λυσίας (§. 28.). Suid. Ἄερκτον κ. τ. λ. (ex Harp.).

Paulus Germinus hanc orationem a Lysia abjudicaverat, quam Photius ei tribuit, quia prooemium et narratio et epilogus dictionem Lysiae habeant. Orator a Nicomacho quodam (§. 20. 36. 39.) primum oleam privatam (ἐλαίαν), tum truncum oleae sacrae jam effoetae (σηκόν) excidisse accusatus erat. De discrimine vocum ἐλαία, μορία, σηκός viri docti tam copiose disputaverunt, ut mihi nil addendum sit (cf. Markland. ad h. o. p. 269. Meier. de bon. damn. p. 101., Bremius proem. h. o., Wachsmuth. Gr. II, 1, 59.). Reus hac oratione crimen a se avertit; eos qui suum agrum inde a Pisandro posséderint illumque per totum tempus non oleis fuisse obsertum enarrat; non esse verisimile se faciens commisisse, ex quo

paullulum emolumenti, multum periculi sibi evenisset, demonstrat, denique servos suos ab adversario ad tormenta non esse admissos conqueritur. Quis fuerit Nicomachus nescimus; juvenis videtur esse ex §. 29, cum illo contra quem extat Lysiae oratio omnino non confundendus. Neque quis fuerit reus scimus; divitem eum fuisse apparet ex §§. 14. 21. 31. Atque ipsa oratio quando habita sit incertum est. Reum excidisse oleam (§. 11.) archonte Suniade Ol. 95, 4. (cf. Boeckh. O. c. II. 288.), longo demum tempore post (§. 42.) Nicomachus accusaverat, quod eo minus definiri potest, quod hujus actionis non erat praescriptio (§. 17. cf. Schoem. Proc. 637.). Kruegerus (ad Clint. p. 105.) et Westermannus conjecerunt, or. esse habitam Ol. 96, 4., Franzius (ed. Lys. p. 252.) Ol. 96, 3. Actio περὶ τοῦ σηκοῦ ἐκκοφθέντος deferebatur ad Regem ejusque judices sunt Areopagitae (ὦ βουλή §§. 1, 5, 7, 9 etc.). Aliae erant poenae in judiciis de ἐλαίαις, aliae de σηκοῖς excisis. De illis cf. Heffter. Gerichtsverf. p. 188. Meier. Proc. p. 251. Schoem. ib. p. 613. De his autem viri docti dissentiunt. Muellerus enim (Minerv. Pol p. 30.) mortem fuisse poenam statuit; idque confirmari videtur nonnullis hujus or. locis, §. 14: πολλὰς καὶ μεγάλας ζημίας, §. 15: περὶ τῆς μεγίστης ζημίας, §. 26: περὶ τῶν τοῦ σώματος κινδύνων. Rectius vero Meierus (de bon. damn. p. 101., Proc. 302. 306.), Heffterus (Gerichtsv. p. 148.), Bremius (praef. h. o.), Wachsmuthius (antt. Gr. II, 1, 262.) statuerunt, exilium et bonorum publicationem damnati poenam fuisse; id quod distincte indicant §§. 3. 32. 41., σώματος vero κίνδυνον §. 26. recte explicuit de exilio Meierus (de bon. damn. p. 282.).

---

8. Κατηγορία πρὸς τοὺς συνουσιαστὰς κακολογιῶν.

Lysiaene an alius sit hoc opusculum Taylorus et Reiskius in dubio reliquerunt; Franzius (ed. Lys. p. 250.) quin scripserit Lysias c. Ol 92, 3. non dubium esse statuit; elucere enim in ea quasi scintillam laudis oratoriae quam postea consecutus sit Lysias. Spengelio (συναγ. p. 125.) praeter Eroticum apud Platonem sola superstes exercitatio ante anarchiam confecta esse videtur. De auctore igitur viri docti inter se dissentiunt, hoc vero inter eos constat, propter obscuritatem rerum, ut Reiskii verbis utar, et minutarum in se et adumbra-

tarum magis, quam expositarum multa necesse esse nobis abdita et impervia manere. Nescio num aliam orationem invenias, cujus textus tam sit corruptus, sententiae tam disjectae, ut ne argumentum quidem quodnam tractetur me plane intellexisse confitear. Multis locis de restitutione textus desperes, ut iis quae §. 10. dicta sunt, interpretes emendationes diversissimas singuli adtulerunt, ex quibus diversissimus sensus exoritur: Taylorus vero: „in tanta impuritate, ait, hoc vel illud recte emendari quis dicet?"; tum §. 11. quae ab initio leguntur pari modo offendunt eademque diversissime emendata sunt; §. 13. ὅτι φέρε κ. τ. λ. mendis scatent; quibus plura facile addas. Ex oratione tam depravata multa mihi non haurienda erant; tamen quae mea sit sententia exponam. Reiskio constare videbatur, non esse hanc orationem forensem, sed epistolam, seu formulam renuntiandae amicitiae; „cujusmodi formulam, inquit, aliam superesse vehementer dubito; haud equidem memini". Sed ne dicam de formula, certe haec epistola non est, uti recte monuit Spengelius; hoc enim prooemium jam indicat (εἰπεῖν, πάρεισι etc.). Dobreo videtur excerptum esse quale or. c. Theomnestum II da; sed et hoc non statuerim. Recte, si quid video, Spengelius exercitationem eam esse conjecit; quamvis ex argumento nihil colligas; hoc enim est: Orator duas partes alloquitur, alteram accusat, alteram ut aequa sibi sit orat (§. 1.), tum vero illos tantum alloquitur iisque perfidos mores objicit. Istorum princeps esse videtur Diodorus quidam (§. 10. sqq.), quem jam ab initio ut accuset sibi videtur sumsisse (ἐνοχλεῖ κ. τ. λ. §. 4.). Vos, adversarii, inquit, me invitis vobis me socium adjunxisse evulgastis; sed meam consuetudinem si voluissetis abnegare, palam amicitiam renuntiare neque palam quidem eam observare, occulte vero conviciis me consectari debebatis. Sed non erat cur meam societatem evitassetis; nihil vobis eram inferior (§. 7.) neque ex vestra erga me agendi ratione convicia in me conjecta cognovissem, sed ab alio certior sum factus; illi autem eo minus diffisus sum quod quales nunc vos mihi praebuistis jam antea vos egistis (§. 8. 9.). Polycli enim XII. minas dederam, pro quibus equum pignus acceperam (cf. Boeckh. O. c. I, 81.); equum autem ex pugna defatigatum quum equidem restituere ac pecunias Polyclem reddere mihi vellem Diodorus hic intercessit, exhortans ne equum restituerem, atque dicens Polyclem sine controversia pecuniam redditurum esse. Tum vero equo mortuo Diodorus ab adversariorum partibus stetit atque me pecunias reddendas injuste postulare contendit (§. 10.). Qua

ex causa Polycles cum coram diaetetis res ageretur statuit, meos ipsos necessarios injustam esse causam meam confessos esse vosque nonnullos quominus me defenderent arcuisse. Infitias nequit ire Diodorus se omnia sermonibus vulgasse (§. 12. 13. cf. Dobrei ann.). Sed jam elucet quas fraudes vos sitis machinati; jam prius conclamastis Thrasymachum mea caussa Diodoro et Euryptolemo maledixisse, examine vero instituto utrumque esse fictum apparuit (§. 14. 15.). Sed nunc ex occulto in lucem prodiistis. Equidem facilior eram, vobis credere, cum in opinione essem vobis omnibus me esse carum neque cogitarem, sicuti vos alterum alteri, vos mihi quoque maledicere (§. 16. 17.). Ex vestra igitur societate, ex qua nullum fructum capio, nunquam enim in judicio me adjuvistis (cf. Schoem. Proc. p. 709. sq.), ex illa igitur ultro discedo; si ego abiero (μὴ ξυνῶ Markl.), alius vestrum probris figetur, atque hoc fere modo ceteri, superstiti vero nonnisi maledicta in se ipsum reiicienda remanebunt; ego autem hunc certe discedendi fructum capiam, ut nihil mali mihi illaturi sitis (§. 18 — fin.)". — Si argumentum solum spectes quin oratio revera sit habita in ἑταιρίᾳ quadam vix dubites. Sed primum nonnulla extant quae Lysiam non esse auctorem significare videntur. Antithesium enim genus ab oratore mirifice frequentatum est, v. c. §. 1: πάρεισι μὲν etc. et πάρεισι δὲ; §. 2: ἀνιαρὸν μὲν οὖν etc. et ἀδύνατον δὲ μὴ; §. 3: τὰ μὲν λέγειν, τὰ δὲ ποιεῖν; §. 7: ἐγὼ μὲν ᾤμην etc. et οἱ δ᾽ ἄρα. Orator deinde quamvis multa adumbrata magis quam exposita sint, tamen aliis locis verbosus est dictaque repetit, v. c. §. 2: καὶ τοὺς δοκοῦντας etc. §. 3: βοηθῶν οἷς ἐξημάρτηκε; ibid. κἀκεῖνος ἐπήγγειλε superfluum est. Tum structura sententiarum verborumque quam contorta et confusa sit, ex tota oratione facillime cognoscas; etiamsi enim textus foedis vitiis scatet, tamen multorum culpam in auctorem conferas; §. 5. propter ὑμῖν antecedens πάντα ποιοῦντες etc. offendit. §. 8. τοὺς τελευταίους quid est? nec desunt quae usum verborum Lysiacum laedant; §. 1: ἐπεγκαλῶ pro ἐγκαλῶ nescio num alias Lysias dixerit, ut qui simplicia verba eligat; ibid. μέμψασθαι τοῖς ἀδικοῦσιν pro τοὺς ἀδικοῦντας, „accusare" enim significat, vix apud Lysiam reperias; §. 2: ἐναντίον τῆς ἐλπίδος pro παρ᾽ ἐλπίδα mira locutio etc. Oratio igitur quia multum a ceteris oratt. Lysiae differt et tota res nimis est exilis, quam ut postea a Lysia explicitam existimes, Spengelius et Franzius opus esse c. Ol. 92. confectum conjecerunt. Ex illo tempore nobis Lysiae Eroticus in Phaedro Platonis

servatus est, in quo simili modo sententiae sunt disjectae, sermo perplexus. At Erotiens a nostra oratione diversissimus est; in illo enim antithesium genus frequentatum esse negari quidem non potest, sed ex argumento ipso, quia amantem ei qui non amet opponi necesse fuit, fluit neque contortius in aliis rebus usurpatum est; tum in Erotico verbositatem qualis in nostra oratione extat, non reperies. Denique autem quia non oratio est, sed epistola, cujus leges oratoriae sunt aliae, Eroticum non comparaverim cum nostra oratione. Quo modo si comparari cum Erotico hocce opus nobis est vetitum, nihil aliud Lysiacum ex Ol. 92. servatum esse videtur (De oratione pro Polystrato cf. infra.). Mihi vero etiamsi nostra oratio nil nisi exercitatio erat, sententia Lysiae dictionem qualis Ol. 94. fuerit valde differre ab illa quam c. Ol. 92. exercuerit, lubrica esse videtur, qua ex re nostram orationem a Lysia esse abjudicandum putaverim. Hanc meam argumentandi rationem levissimam quidem esse satis video; sed ex oratione tam exili alia argumenta vix ernas, ut sensu naturali, ancipiti sane testimonio, judicandum sit. Ceterum opus ex umbra prodiisse alia quoque verba indicare mihi videntur, ut §. 7: verba *σοφωτάτους* et *ἀμαθέστατον*; et §. 10: *φιλοσοφοῦντες*, ibid. *τὸν ἐναντίον λόγον*. Utut autem de auctore judicemus, certissimum est orationem non esse forensem, a forensi enim *κακηγορίας* s. *κακολογίας* actione (cf. Meier. Proc. p. 481. sqq.) multum differt.

---

9. Ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου.

Laudat Harpocr. *Δικαίωσις· Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ στρατιώτου, εἰ γνήσιος· καὶ μάλα τὰς δικαιώσεις φησὶν ἀντὶ τοῦ δικαιολογίας* (§. 8.); ex eo Zonar. *δικαίωσις· κατάκρισις· δικαίωσιν τὴν πρεπωδεστάτην. Λυσίας δὲ ὁ ῥήτωρ δικαιώσεις τὰς δικαιολογίας λέγει.* Cramer. Anecd. Oxon. II. p. 493, 2: *Δικαίωσις. Λυσίας τὰς δικαιολογίας — λέγει.*

Polyaenus miles emeritus tertio anno ante hanc orationem habitam Athenas revertit. Duos menses nondum ibi moratus denuo in castra exire jubetur, frustra apud copiarum ducem queritur. E cive deinde quodam comperit, duces se ipsum in vincula injecturos minatos esse; injuste enim Polyaenum queri, quia Callicrates, tribunus ejus, jam in castra abierit. Quo comperto scribendus ad Phileae cujusdam argentariam accedit

ibique ducibus conviciatur (§. 5.). Magistratui maledici legibus vetitum erat, ita ut eum qui sibi maledixisset pecunia posset multare, quod si magistratus praetermiserat, iste ἄτιμος crimine ipso est factus (cf. Meier. Proc. p. 483.). Mites igitur duces erant, cum Polyaeno mulctam irrogarent. Sed Polyaenus dicit (§. 6.), tum demum si quis magistratui in curia conviciatus sit, eum mulctandum esse. Sed hoc falsum; ubicunque illi malediceretur lege erat interdictum. Taylorus igitur ἀρχὴν significare „omnino" statuit; hoc vero neque cum praecedentibus verbis (διείλεκτο ἐπὶ τοῦ Φιλέου τραπέζῃ) congruit neque λοιδορῶ cum ἐν construitur (cf. Meier. Proc. 483. Schiller. ad Andoc. p. 86.). Polyaenus h. l. causidicorum more leges permiscet, alteram de poena iis irroganda, qui magistratui quovis loco conviciati erant, alteram de iis, qui in templis, curiis etc. quemlibet hominem cavillati erant, pecunia mulctandis. Jure igitur strategi Polyaeno multam irrogaverant, sed cum eam per quaestores exigendam non curavissent (cf. Meier. Proc. p. 34.), exeunte demum magistratu in album relatam aerarii praefectis tradiderunt. Ii vero caussa cognita primum strategis ut multam remitterent, suaserunt; quod quum iis persuadere non potuissent, judicii periculum suscipientes rem judicatam labefactarunt (cf. Boeckh. O. c. I, 168. Heffter. Gerichtsv. p. 418. sqq. Meier. Proc. p. 32. Lelyveld. de infam. p. 228. sqq. Hermann. antt. Gr. §. 151.). Strategi vero ipsi injustam fuisse suam agendi rationem intellexerunt; neque enim in rationibus quas de munere administrato reddiderant, illam rem commemoraverant neque eam ad judicium detulerant (cf. Meier. Proc. p. 219. sq.). Nihilominus adversarii partem rei familiaris Polyaeni literis mandaverunt, ut ex ea publicata illa ἐπιβολή quam strategi irrogaverant, solveretur (ἀπογραφή §. 21. cf. Meier. de bon. damn. p. 201. sqq. Proc. p. 253. 258.). Actio delata est ad XI. viros (cf. Meier. Proc. p. 359.), quibus praesidibus res dijudicatur ab Heliastis. Polyaenus postquam adversarii dixerunt hac oratione se defendit. — Harpocratio dubitavit num Lysiae sit oratio, mihi vero in oratione ipsa nihil inesse videtur, quod subditam eam indicet. Franzius quidem (ed. Lys. p. 250.) statuit orationem esse minus perpolitam atque fortasse jam Ol. 92, 3. scriptam; sed non video, qua re oratio haec a ceteris Lysianis differat. Neque scio quando sit habita. Dobreus (advv. p. IX. Dobs.) mire errat tertio anno post archontem Ctesiclem (Ol. 111, 3.) or. scriptam esse putans; sermo enim est de Ctesicle stratego ejusdem tribus (cf. Hermann. antt. Gr. §. 152. not. 6.), cujus

Polyaenus erat, nec de archonte Ctesicle, quem significari etiam Meursius et Heffterus (p. 418. 447.) putaverunt. Boeckhius quidem theamothetarum unum laudari opinatur (ind. lectt. un. Berol. 1827/8), sed non assequor, quare Polyaenus unum theamothetarum prae ceteris laudaverit; equidem Meiere (Proc. p. 483.) assentior, licitum esse magistratui homini qui ipsi sit conviciatus *ἐπιβολήν* irrogare. Corsinus (f. A. I, 8, 13.) de Polemarcho cogitavit. — De Sostrato denique, quem orator cum de inimicitia adversariorum loquitur commemoravit cujusque magna in republica videtur fuisse auctoritas, nihil compertum habeo, quamobrem tempus orationis omnino non videtur definiri posse.

---

10. *Κατὰ Θεομνήστου.*

Harp. et Phavor. v. *ἀπίλλειν, Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου, εἰ γνήσιος „ἀποκλείειν νομίζεται"* (§. 17.); Harp. *ἀπόρρητα, τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις· Δημοσθεν.* — *τίνα δὲ ἦν ἅπερ ἀπείρηται λέγειν εἰς ἀλλήλους, δεδήλωκε Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος ὁ λόγος*; id. v. *Ἐπιορκήσαντα· Λ. κατὰ Θεομν. ἐξηγήσατο ὅτι τὸ ἐπιορκήσαντα ὀμόσαντά ἐστιν* (§. 17.); id. v. *οἰκέως. Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομν. ἐξηγούμενος ὥσπερ τὸ ὄνομά φησιν „τὸ δὲ οἰκέως, θεράποντος"* (§. 19.); id. v. *πεφασμένης, Λυκοῦργος κ. τ. λ. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος, φησὶ „τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς*; Suid. et Phot. p. 427, 2. *πεφασμένος κ. τ. λ. Λυσίας δὲ πεφασμένος ἀντὶ τοῦ φανερὸς λέγει* (§. 19.); Harp. v. *ποδοκάκκη κ. τ. λ. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος, ἐξηγεῖτο τοὔνομα· φησὶ γὰρ „ἡ ποδοκάκκη αὐτό ἐστιν ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι"* (§. 16.).

Argumentum orationis brevissimum est: Nimirum paullo ante hanc actionem a Lysitheo quodam per *εἰσαγγελίαν* Theomnestus reus factus erat, quod quamvis scutum in proelio abjecisset tamen pleno civium jure uteretur (§. 1. cf. Schoem. de com. p. 198. Meier. de bon. damn. p. 123. Proc. p. 264. 365.); qua in causa testes fuerant Lysitheo Dionysius quidam et actor; Theomnestus deinde absolutus Dionysium falsi testimonii accusavit, qua in causa iterum testis fuit actor Dionysio (*δὶς* §. 30.); denique orator Dionysio damnato *κακηγορίας* accusat Theomnestum quod sibi maledixerit se patrem interfecisse. Erant enim *ἀπόρρητα* quaedam, quae cuique

homini quocunque tempore locoque exprobrari vetitum erat, ut ἀνδροφόνος, ῥίψασπις, πατραλοίας, μητραλοίας (cf. Meier. Proc. p. 481 sq.). Res jam a diaeteta dijudicata erat (§. 6.), quo in judicio Theomnestus in verborum captationes effugerat et statuerat, se quidem dixisse actorem interfecisse ipsius patrem, sed non eum esse parricidam. De diaetetae judicio nihil notum est, sed Theomnestus absolutus esse videtur; aut actor deinde aut reus provocaverat ad thesmothetas (cf. Meier. Proc. p. 484.), coram quibus habita est haec oratio, qua rei exceptiones ineptas, nihil nisi verborum captationes esse legumque sensum neque literas esse observandas luculenter demonstrare studet orator. Quam ob rem nonnullas Solonis leges recenset inque iis probat verba quidem obsoleta esse, neque sua ipsius aetate ab omnibus intelligi (cf. Schoem. de com. p. 266. sq.), nihilo vero minus easdem observari. In hisce legibus recensendis magna ex parte oratio versatur eamque ob causam est memorabilis; pleraque vero de sensu verborum ἀποῤῥήτων disputantur. Alia autem quae reus possit objicere brevibus verbis aggreditur actor, v. c. si fortasse reus se ira esse deductum sit oblocuturus: se ipsum autem non esse parricidam ab initio demonstrat. Harpocratio num genuina Lysiana esset oratio dubitavit; quibus ex causis, nescio; sermo enim est revera Lysiacus. Fortasse dicas expositionem tam tenuem verbosamque esse, ut Lysia indigna esse videatur. Sed si, ut equidem credo, Theomnestus apud diaetetam legum sua interpretatione verborumque lusu vicerat, actor apud Heliastas non potuit quin totus in eo versaretur, ut adversarii argumentationem nugosam refelleret. Tempus quo oratio habita sit, statuendum est ex §. 4: ἐμοὶ ἔτη εἰσὶ τριάκοντα τρία, ἐξ ὅτου δ' ὑμεῖς κατεληλύθατε, εἰκοστὸν τουτί. Ex his verbis viri docti alii aliud tempus explicuerunt, Clinto et Franzius (ed. Lys. p. 252.) Dexitheum archontem Ol. 98, 4., Kruegerus (ad. Clint. p. 113.) et Westermannus archontem Diotrephem Ol. 99, 1., Dobreus et Franzius in diss. de Lys. p. 18. archontem Phanostratum Ol. 99, 2. Vera est Kruegeri ratiocinatio, sive Ol. 94, 1. sive Ol. 94, 2. exules rediisse statueris. Orator enim non dicit, ab illo tempore XX. annos praeterlapsos esse, sed hunc ipsum annum esse vicesimum. Aestate aut auctumno a. 403. redierunt; oratio igitur 384 Ol. 99, 1. archonte Diotrephe habita est. Quum pater a XXX viris necaretur, orator fuit τρισκαιδεκέτης, nunc vero annos τριάκοντα τρεῖς natus est; pater ergo Ol. 94, 1. occidit. Kruegerus (hist. phil. Studien p. 263.) quare sententiam suam nu-

perrime reliquerit et orationem Ol. 98, 4. habitam esse statuerit, non assequor.

11. Κατὰ Θεομνήστου Β.

Hanc orationem non ipsius Lysiae, sed abbreviatoris cujusdam esse recte statuerunt Scaliger (ad marginem sui exemplaris), Taylorus (praef. ad h. or. et or. adv. Theomn. I.) et Marklandus (ad p. 345. 347.); cum iis consentiunt Kruegerus (ad Clint. p. 113.), Franzius (ed. Lys. p. 304.), Westermannus, Dobreus, P. van Lelyveld. (de infam. p. 111.). Alia sententia quam protulit Taylorus, primum hanc orationem coram diaetetis, tum orat. I. coram judicibus habitam esse, rejicienda est (cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 81. sq.). Harpocratio unam solum orationem adv. Theomn. novit; atque haec nihil est nisi epitome prioris; nam eadem est causa, idem ordo, eadem inveniuntur argumenta, eadem verba; nihil variavit nisi quod pro τριάκοντα τρία et τρισκαιδεκέτης posuit chronologia, ut crediderim, turbatus, δύο καὶ τριάκοντα et δωδεκαέτης. Tironem indicat §. 1: μαρτυροῦσι πολλοὶ ὑμῶν, ubi rectius Lysias: μαρτύρων οὐκ ἀπορίαν μοι ἔσεσθαι δοκῶ etc. Tum pro Πανταλέων (or. I. §. 5.) habet πάντα λαβών, quibus verbis litem indicare videtur, quam rhetores sexcenties declamaverunt; pater scilicet quidam habuit filios Leonem et Pantaleonem et in testamento scripsit: ἐχέτω τὰ ἐμὰ πάντα Λέων; eo mortuo, lis exorta est, utrum legendum sit: τὰ ἐμὰ πάντα Λέων an τὰ ἐμὰ Πανταλέων (cf. Quint. VII, 9, 6. Hermog. περὶ τῶν στάσ. p. 23. Ald. p. 15. T. III. W. ejusque schol. ap. Walz. T. IV. p. 273. 275. T. III. p. 488. T. V. p. 108. T. VI. p. 611.).

12. Κατ' Ἐρατοσθένους τοῦ γενομένου τῶν τριάκοντα, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας.

Hanc orationem laudant Plutarchus (bellon. an pac. clar. fuer. Athen. c. 8. et vit. Lys. p. 323: κατὰ τῶν τριάκοντα), Harpocr. Δαρεικός· Λ. ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθένους ἑνὸς τῶν τριάκοντα (§. 11.); Id. ἐλικτῆρες, ἐνωτίων εἶδος. Λυσίας. (§. 19.); Id. Θέογνις· Λ. ἐν τῷ κατ' Ἐρατ. οὗτος εἷς ἦν τῶν παρ' Ἀθηναίοις τριάκοντα τυράννων, καθά φασιν

ἄλλοι κ. τ. λ. (§. 6.); *Θηραμένης*, *Λ. ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθένους*, ὃς ἀνῃρέθη, κατηγορήσαντος αὐτοῦ Κριτίου ἐπὶ τῶν τριάκοντα (§. 62. etc.); *Πείσων*, *Λ. ἐν τῷ κατ' Ἐρατ.* εἷς τῶν τριάκοντα τῶν παρ' Ἀθηναίοις τυραννησάντων (§. 6. et alibi); *Πολέμαρχος*, ὅτι δὲ καὶ κύριον ὄνομα ὁ Πολέμαρχος τοῦ Λυσίου ἀδελφὸς αὐτός τε ὁ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἐρατ. καὶ Πλάτων κ. τ. λ.; Id. *Χαρικλῆς*, εἷς τῶν λ'. *Λυσίας*. (§. 55.); Schol. Aesch. in Ctes. §. 194. *Κέφαλος*] Λυσίας κατ' Ἐρατοσθένους τοῦ γενομένου τῶν τριάκοντα (cf. quae p. 9. dixi.); Poll. IX, 5: καί που (ὁ Λυσίας) καὶ ἐργαστήριον (§. 8.).

Eratosthenes fuerat unus quadringentorum; post pugnam deinde ad Aegospotamos commissam cum Critia inter quinque ephoros erat (cf. Boeckh. O. c. II, 264. 253. sq.), qui ex *ἑταίροις* prodierunt (§. 43); tum unus erat triginta virorum, quibus ex urbe expulsis solus cum Phidone Athenis remanserat (§. 54.). Postea vero libertate restituta ex decreto oblivio rerum factarum in illos quoque ex XXX viris cecidit, qui suorum facinorum rationem vellent reddere. Eratosthenes igitur cum rationem illam redderet, haec oratio Lysiae *ἐν εὐθύναις* habita est, ut recte Meierus (de bon. damn. p. 188.) statuit. Haec est una oratio, quam Lysiam ipsum habuisse scimus; pulcherrima est optimisque argumentis exornata. Initio calamitates quas ipse per XXX viros acceperit describit, tum fratris Polemarchi ejusque conjugis, suaque ipsius ac familiae suae de re publica merita in lucem profert; tum Eratosthenem acerbis aggreditur interrogationibus omnesque ejus excusationes splendide refutat (§. 25. sqq.); rogat ut cives poenas sumant ab Eratosthene (§. 35.); nullam enim esse rem qua se possit excusare, scelera tantum eum commisisse; ante XXX virorum dominationem rempublicam evertere eum studuisse (§. 42.); unum fuisse ex XXX. viris talique munere illegitimo functum esse scelestissime (§. 48.); XXX. viris ejectis eum solum cum Phidone in urbe remansisse, utrumque fuisse inter se conjunctum; Phidonem autem unum *τῶν δεκαδούχων* factum esse et in cives saeviisse (§. 54. sqq.). Hac narratione de X viris interjecta ut Eratosthenem familiarem et collegam in XXX virata Phidonis in invidiam adduceret orator transit ad argumenta afferenda, Theramenem, qui quod a XXX viris necatus sit jam laudetur cujusque familiaritate se excusari posse Eratosthenes speret, quocunque tempore rei publicae noxium fuisse (§. 62 — 78.). Esse quidem qui Eratosthenem velint defendere, sed nihil extare quo iste possit defendi; poenam igitur

ab eo esse sumendam. In fine orator primum cives *ἐξ ἄστεος*, tum cives *ἐκ Πειραιῶς* alloquitur (§. 95.) iterumque monet ut reum puniant; *ἀκηκόατε, ἑωράκατε, πεπόνθατε· ἔχετε, δικάζετε.*

Oratio historiam illius temporis in multis rebus illustrat, de factionibus enim oligarchicis a dominatu quadringentorum usque ad XXX. viros plura gravis momenti affert, Theramenis vitam publicam breviter et perspicue depingit (cf. Wachsmuth. antt. Gr. I, 2, 200.); tum de *ἰσοτελῶν* statu accuratius cognoscendo caput est et fons. Veteres eam diversis titulis inscriptam laudare non est quod mireris; Eratosthenes enim cum unus XXX virorum fuisset omnes suos collegas quasi repraesentat, quare orator tum Eratosthenem solum, tum omnes accusat, cf. inpr. §. 37 et 38. Quo tempore oratio sit habita, facillime licet definiamus. Exules modo reduces sunt facti, cives adhuc distinguuntur inter cives *ἐξ ἄστεος* et *ἐκ Πειραιῶς*, peregrini qui, ut videtur, auxilium exulibus praebuerant, veluti Thebani, in urbe adhuc sunt (*ἐπιδημοῦσι*) et *εἴσονται*, ait orator, *πότερον ἀδίκως τοῖς τριάκοντα ἐκκηρύττουσιν ἐκ τῶν πόλεων ἢ δικαίως* (§. 35.); oratio igitur habita est Ol. 94, 2. hieme a. 403. (Franz. ed. Lys. p. 251. Ol. 94, 1.), cf. Krueger. ad. Clint. p. 93. — Iudices fuerunt Heliastae; apud quos vero in hoc judicio praesidium fuerit ignorare me confiteor; causa erat extraordinaria neque scio num hanc quoque curaverint judicandam Logistae; rectius Meierus (Proc. p. 307.) et Schoemannus (ibid. p. 143.) statuisse videntur causam fuisse *γραφὴν φόνου* in Delphinio Rege praeside disceptatam.

---

13. *Κατ᾽ Ἀγοράτου ἐνδείξεως.*

Ex hac or. citant Priscianus XVIII, 25. p. 233. Krehl. *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀγοράτου ἐνδείξεως· Οὐ γάρ δήπου οὕτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ἦσαν καὶ ἄφιλοι, ὥστε περὶ τηλικούτων [ἂν] πραγμάτων πράττοντες Ἀγορατὸν ὡς πιστὸν καὶ εὔνουν δοῦλον καὶ ἐκ δούλων ὄντα παρεκάλεσαν"* (§. 18.) et l. XVIII, 30. p. 263: *Λυσίας κατὰ Ἀγοράτου ἐνδείξεως*; „*Καὶ τό γε ἐπ᾽ ἐκεῖνον [εἶναι] ἐσώθης.*" (§. 58.); Harp. *Χολλεῖδαι· Λυσίας. δῆμος τῆς Λεοντίδος* (§. 58.); Suid. v. *φρυκτός. Καὶ Παραφρυκτωρευόμενος· Οἱ κακουργοῦντες περὶ τὰς φυλακὰς καὶ φρυκτοὺς ἀνατείνοντες ἐναντίους τοῖς πεπιστευκόσι τὴν φυλακὴν ἐπὶ*

τῷ συμφέροντι τῶν ἀντικαθεζομένων, παραφρυκτωρεύεσθαι λέγονται (cf. Bekk. An. I. p. 298, 13), ὥς φησι Λυσίας· „Τούτων εἷς ὁ πρεσβύτερος ἐν Σικελίᾳ παραφρυκτωρευόμενος τοῖς πολεμίοις, ληφθεὶς ὑπὸ Λαμάχου ἀπετυμπανίσθη" (§. 67.), quae verba ipse repetiit v. Παραφρυκτωρευόμενος et usque ad v. Λυσίας Phavor. v. παραφ.

Agoratus caedis accusatur Dionysodori, cujus uxoris frater est actor. Cum tota oratio in hac re versetur neque in alias evagetur, ex ordine argumentum apponam. Dum Athenienses cum Lacedaemoniis de pace agunt, optimates conjurati rempublicam evertendi consilium capiunt, (§. 5 — 6.); Cleophon vir popularis e medio tollitur (§. 7 — 12.); Theramenes turpissimas pacis conditiones secum fert: cum ducum centurionumque nonnulli, inter quos Strombichides et Dionysodorus, se opponant (§. 13 — 16.). Theramenes ceterique conjurati hunce Agoratum ut illos viros bonos accuset concitant. Quod consilium astute struitur. Theocritus enim Elaphosticti f., Agorati amicus, viros esse qui in rei publicae exitium sint conjurati ad senatum defert; quorum nomina indicare sibi quidem ipsi jurejurando obstricto non licere, alios vero futuros qui deferrent (§. 17 — 22.). Quo indicio delato Agoratus in eo est ut comprehendatur; sed Nicias, Nicomenes, Aristophanes Chollides (§. 58.), alii (cf. Schoem. Proc. p. 518.) pro eo spondent; tum ut effugiat rogant, etiam se comitaturos esse promittunt (§. 23 — 26.). Nihilominus Agoratus non solum Athenis manet, sed sistit etiam in judicio suosque vades, duces, centuriones, alios denunciat (§. 29 — 32.), qui extemplo comprehenduntur. Quum vero Lysander urbem cepisset, de illis viris populus quidem quominus judicet (cf. Schoem. de comitt. p. 219. Proc. p. 139.) arcetur, sed senatus aperta suffragia fert, (§. 33 — 37. cf. Schoem. Proc. p. 722. Hermann. progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 47.), omnesque praeter Agoratum capitis condemnantur (§. 38.). Dionysodorus in vinculis per Agoratum se perire confessus, actorem et Dionysium fratrem omnesque amicos ut se ulciscerentur rogavit; uxorem quam ex se gravidam putavit ut filio postumo poenas ab Agorato repetundas etiam atque etiam commendaret obtestatus est (§. 39 — 42.). Iis qui soli quominus respublica detrimentum caperet poterant defendere per Agoratum necatis merae calamitates sunt secutae (§. 43 — 48.). Quorum igitur omnium culpam Agoratus quibusnam rationibus a se avertere potest? Neque se neminem reum fecisse potest probare (§. 49 — 54.); multarum rerum crimen in Menestratum Amphitropaeensem

deferet; qui vero ab Agorato reus factus alios ut suam ipsius vitam servaret accusavit, ita ut iste illorum quoque qui per Menestratum perierunt, fieret interfector (§. 55 — 57.). Tot viros optimos qui necavit Agoratus quis tandem est? Servus, Eumaris servi filius, sycophantiae causa jam decies mille drachmis multatus (cf. Boeckh. O. c. I, 411. Heffter. p. 185. Meier. Proc. p. 335. Schoem. ad Isae. p. 345.), in adulterio deprehensus eamque ob causam jam pridem morti obnoxius (§. 57 — 70. Meier. Proc. p. 330.), frater fratribus pessimis dignus. Phrynichum se interfecisse atque hanc ob rem civitatem accepisse dicet; falsum est; si verum esset, XXX viri eum necassent; sin verum esset at XXX viri ei pepercissent, inde eum illis facillimum, reipublicae vero maxime noxium fuisse sequeretur (§. 70 — 76.). Phylen se confugisse dicet; revera, sed effugium ipsum protervissimum fuit; vix Anytus quominus iste ab exulibus necaretur impediit; nemo fuit qui cum eo versaretur (§. 77 — 80.). Exules quum redirent Aesimus eum scuto abjecto ex agmine civium pompam Minervae ducentium extrusit (§. 80 — 82). Serius fortasse proferet nos poenas a se repetere; sed talia facinora nulla vetustate infirmantur (§. 83. 84.); ne dicat porro, nostrum libellum utpote cui ἐκ' αὐτοφώρῳ sit inscriptum falsum esse; sed errat, sane ἐπ' αὐτοφώρῳ comprehensus est (§. 85 — 87.); neve ad oblivionis decretum provocet, quod inter cives ἐξ ἄστεος et ἐκ Πειραιῶς solum viget, minime inter exules ipsos reversos (§. 88 — 90.). Huncce virum qui et rempublicam evertit et suum patrem verberavit (cf. Meier Proc. 292. Lelyveld. de infam. p. 147.), qui supplicium jamdudum commeruit, capitis condemnate neve eo absoluto bonos viros quos iste necavit condemnare videmini (§. 91 — 97.). Hisce verbis actor orationem finit; ex qua multa de optimatum et qui secuti sunt XXX virorum conatibus dominatum populi funditus delendi docemur, de oblivionis decreto quatenus viguerit fimus certiores, nisi rectius statuere videamur, eam circumscriptionis rationem quam orator delineavit, lege non esse stabilitam. Quod viros qui in or. memorantur, attinet, Agoratum et Dionysodorum, nescio an aliis locis collaudentur. De actione autem quae in Agoratum instituta est pauca mihi monenda sunt; quod vero difficillimum est cum ea quae §. 86. dicuntur valde corrupta sint. Titulus orationis falsus est; Agoratus non per ἔνδειξιν, sed per ἀπαγωγὴν (§. 85. cf. Meier. Proc. p. 224. sq. 231. 307.) erat delatus. Dionysius frater Dionysodori Agoratum ad XI. viros detraxerat per ἀπαγωγὴν φόνου

(cf. Meier. Proc. p. 227.): quae in illis tantum causis facta esse mihi videtur, ubi reus in scelere erat deprehensus (ἐπ' αὐτοφώρῳ). In hac igitur causa ex lege non poterat instituì; nam Agoratus quae perpetraverat scelera jam sub XXX virorum dominatu perfecerat, sola igitur γραφῇ φόνου accusari poterat. Dionysius ergo contra Agoratum illegitime egerat neque adscripserat libello suo vv. ἐπ' αὐτοφώρῳ, quae deinde XI. viri Agorato infensi addiderant. Agoratus summo jure contra Dionysium poterat se defendere, quod se illegitima actione esse delatum contenderet, atque huic praetextui actor occurrit commento, optimo jure ἐπ' αὐτοφώρῳ tabulae esse inscriptum; Agoratum enim in conspectu omnium Atheniensium ad XXX viros multorum nomina detulisse eorundemque factum esse interfectorem. Hic mihi sensus esse videtur §§. 85 et 86. atque ex eodem fere verba esse corrigenda censeo, Sluiteri emendationi praecipue assentiens; nam quae Bremius et Franzius proposuerunt, veri dissimillima mihi esse videntur; de accurata vero restitutione desperes fere quia ἀπαγωγὴ ipsa non satis nobis nota est. Explicationi quidem meae verba oratoris §. 85. obstant, ex quibus ἐπ' αὐτοφώρῳ non necessario cum ἀπαγωγῇ conjunctum fuisse videtur atque hoc modo Meierus (Proc. p. 228.) explicuit; sed illa mihi ab oratore subdole esse exposita videntur, Agoratus autem totam actionem utpote cui τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ sit proprium impugnaturus esse. Agoratum ergo a Dionysio ἀπαγωγῇ φόνου ad XI viros detractum in judicio quod ab Heliastis XI viris praesidibus habitum est frater uxoris Dionysodori accusavit nostramque habuit orationem, quae quo tempore sit habita definiri nequit. Franzius (de Lys. p. 8. et ed. Lys. p. 251.) Ol. 94, 2. posuit; sed ante Ol. 94, 4. vix habitam esse or. recte contenderunt Kruegerus (ad Clint. p. 97.) et Westermannus; orator enim dicit §. 83: μήτε ἂν λέγῃ ὅτι πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τιμωρούμεθα· οὐ γὰρ οἶμαι μηδεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων προθεσμίαν εἶναι κ. τ. λ. et §. 84: εἰ δὲ, πάλαι δέον τιμωρεῖσθαι, ὕστερον ἡμεῖς τιμωρούμεθα. Nescio vero num etiam Ol. 94, 4. orationem habitam esse possimus statuere; Agoratus enim culpae aliquid in Menestratum conferendi consilium ceperat; quod esse irritum demonstrat orator; Menestratum enim ab Agorato accusatum cives, ut suam vitam servaret, ad XXX viros detulisse, attamen vero πολλῷ χρόνῳ ὕστερον ab Atheniensibus esse capitis deminutum (§. 56.). Quae de Menestrato sententia vix ante Ol. 94, 4. lata esse videtur; ea autem quia Agoratus de culpa in istum conferenda poterat cogitare,

aliquantulum certe in oblivionem videtur venisse atque ab oratore non significatur nunc demum dicta esse. Quam ob rem oratio nostra paullo post Ol. 94, 4. scripta esse videtur.

---

14. Κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου.

Harp. et Phavor. v. Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου· ἦν δὲ καὶ ἕτερος πρόπαππος (l. πάππος) τοῦ προειρημένου, ὅν φησι Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, αὐτόν τε καὶ τὸν πρὸς μητρὸς πάππον δὶς ἐξοστρακισθῆναι (§. 39.).

Alcibiades Alcibiadis ducis illius celeberrimi f. hac oratione λειποταξίου accusatur. Oratio est δευτερολογία (§. 3. cf. Schoem. Proc. 708.) indeque testimoniorum afferendorum penuriam explices. Alcibiades quamvis inter hoplites erat conscriptus, tamen ἀδοκίμαστος (cf. Meier. d. bon. damn. p. 124. Hermann. de equitt. Att. p. 14. 18. 21. 28. sqq.) inter equites militaverat, quod crimen actione λειποταξίου delatum est (cf. Meier. Proc. p. 364.). Quamvis igitur pugna non sit commissa, tamen justam esse accusationem primum ostendit orator (§. 5.) eoque magis reum puniendum, quo major ejus sit fama inter cives (§. 12.); defensores esse supplicaturos ut propter patris virtutem filio ignosceretur; patrem vero nihil nisi calamitates patriae attulisse, neque aliis quidem propter majorum virtutes ignosci, si ipsi in rempublicam peccassent; neque strategis ipsis si precarentur absolutionem posse concedi, qua ipsa peccata protegi viderentur (— §. 22.). Tum Alcibiadem juniorem a teneris perditissimum hominem fuisse orator exponit; civibus, patri ipsi, Hipponico sororis marito eum fuisse invisum (— §. 28.). Uti ipsum turpem, ita patrem reipublicae pestem fuisse, Lacedaemoniis Athenienses prodidisse, fraude reditum sibi recuperasse, ducem denuo factum hostes vincere non valuisse, CC talenta civitati rapuisse (cf. Boeckh. O. c. I, 315.), sponte deinde in exilium profectum esse, naves postremo Lysandro prodidisse (cf. Pausan. X, 9.) (— §. 38.). Rei patrem capitis esse damnatum, ejusdem abavum Alcibiadem et aviae patrem Megaclem bis ostracismo exules factos esse; more igitur majorum rei publicae inimicum reum damnandum esse (§. 39 — 40). Postremo cunctum ejus genus male se gessisse neque Alcibiadem posthac bonum fore civem. In hac actione λειποταξίου strategi et hipparchi ἡγεμονίαν δικαστηρίου habebant; judices autem erant ii mili-

tes, qui tunc militabant, quum ista delicta committerentur (cf. §. 14. 15. Schoem. de sortit. jud. p. 30. Proc. p. 133.). Poena damnati erat *ἀτιμία* maxima et exilium et publicatio bonorum (§. 44. 9. cf. Meier. de bon. damn. p. 124. 143.). Harpocratio num Lysiae esset oratio incertus fuit. Dictio suspicionem non confirmat; nihil declamatorem redolet; quae facta est mentio impurae Alcibiadis vitae, apta est; pulcher enim puer erat, sicuti pater, et apud Xenophontem quoque a viris amatus dicitur. Sophista certe de Alcibiade Cliniae plura conclamasset. Equidem igitur nescio quam ob rem ille num genuina sit oratio dubitaverit. Quo vero tempore sit habita, difficillimum est explanatu. Kruegerus (ad. Clint. p. 111.) Ol. 98, 2. statuit; pacem enim istam §. 4. commemoratam non intelligi posse eam quae triginta viris ejectis composita sit, apparere ex § 39: *τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ* (i. e. Alcibiadis celebris) *οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν θάνατον κατέγνωσαν*; pacem igitur Antalcideam significari. Huic vero ratiocinationi obstant quae §. 13. leguntur: *καὶ οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται*; quinam sunt *οἱ σύμμαχοι*? Per pacem enim Antalcideam omnes fere socii Atheniensibus erepti sunt; tres igitur insulas orator h. l. *συμμάχους* potuerit vocare? De aliis vero civitatibus liberis vix cogitarim, quia illa pace omnes res publicae societatibus diremtis intra suos fines coercerentur. Quinam porro sunt *οἱ πολέμιοι*? Omnes enim civitates Euagora excepto pacis esse participes jussum erat. Alcibiades iste qui hic accusatur Isocratis de bigis orationem habuit; in qua nostram orationem eum respexisse Bremius conjecit; Isocratis vero oratio c. Ol. 96, 1. scripta est (cf. Krueger. ad Clint. p. 101.); Bremius igitur Frauzio assentiri videtur, qui (ed. Lys. p. 251.) Ol. 95, 4. scriptam esse or. putat. Pax quae §. 4. commemoratur illam quae XXX viris ejectis composita est, significare iis videtur. Cui opinioni quae Kruegerus opposuerit dixi, sed quare orator non potuit dicere, majores ex judicibus Alcibiadem condemnasse? De illo enim tempore est cogitandum quo Alcibiades ex Sicilia reverti iussus dirisque formulis devotus est; simili modo Alcibiadis filius apud Isocratem loquitur: *πρὸς μὲν οὖν τοὺς πρεσβυτέρους βραχὺς ἂν ἐξήρκει λόγος*. Ex §. 10. fortasse tempus definiri potest. Cives Athenienses armati hostes terram irrumpere conati sunt (pedestris enim exercitus conscriptus est), periculum fuit summum (*οὐχ ὡς ἀπολουμένης τῆς πόλεως, ἀλλ' ὡς σωθησομένης*), cum hostes pugna non commissa consilia sua abjecerunt. Quando autem hoc acciderit, me nescire confiteor.

15. Κατ' Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας.

Hanc orationem nihil aliud esse nisi finem prioris atque cum illa nectendam Marklandus conjecit; idem statuerunt Taylorus et Sluiterus; quorum autem omnium argumenta nihil probant. Boeckhius V. Cl. (O. c. I, 284.), cui Bremius (prooem. ad or. I. adv. Alc.) et Westermannus, ut videtur, assentiuntur, or. non Lysiae, sed alius oratoris esse ex illo tempore statuit; argumenta Vir Summus non attulit, oratio autem tam brevis est, ut inde nihil eluceat; dictio mihi, ut Franzio (ed. Lys. p. 286), a Lysiaca non aliena esse videtur. Causa qua or. habita est eadem est quam antecedens attingit; hic vero quam male a commilitonibus Alcibiades tractatus sit enarratur (cf. Boeckh. l. l., Wachsmuth ant. Gr. II. 1, 400.). Titulus orationis non offendit; nam de omnibus criminibus militaribus una tantum extabat lex (cf. Meier. Proc. 303.). Ipsa autem oratio est τριτολογία, ut optime Schoemannus (Proc. p. 708.) docuit. Eadem fuit sententia Reiskii, nisi quod falso δευτερολογίαν vocavit. Archestratides (or. 1. adv. Alc. §. 3.) πρωτολογίαν habuit, tum secuta est quae nunc est or. I. adv. Alc., denique oratio nostra. Itaque non Marklandum offendere debebat, quod orator (§. 12.) Archestratidi opem se ferre dicit; Archestratides enim primarius actor fuit neque alter (συνήγορος) alterum advocatum respiciat necesse est. Ex priore oratione jam vidimus, strategos inprimis pro Alcibiade oraturos esse; quorum in judicio praesidum sententia quia multam certe auctoritatem habebat, noster quare ex omnibus viribus hoc studeat avertere non est quod mireris; longiorem igitur esse hujus oratiunculae perorationem quam reliquarum partium proportio postularet immerito opinatus est Sluiterus.

---

16. Ἐν βουλῇ Μαντιθέῳ δοκιμαζομένῳ ἀπολογία.

Harp. v. κατάστασις. Λυσίας „ψηφίσασθαι δὲ τοὺς φυλάρχους ἀπενεγκεῖν τοὺς ἱππεύσαντας, ἵνα τὰς καταστάσεις ἀναπράξητε παρ' αὐτῶν" (§. 6.)· ἔοικεν ἀργύριον εἶναι ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει, ὥσπερ αὐτὸς ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς ἑξῆς ὑποσημαίνει κ. τ. λ. Suid. v. κατάστασις et Phot. p. 142, 20: κατάστασις· ἔοικεν κατάστασις ἀργύ-

ριον — φύλαρχοι. Pollux V, 142. citat ex Lysia χάριν ἔχειν, quod in h. or. §. 1. extat.

Mantitheus homo simplex, qualem se ipse depingit, senator anni sequentis sorte erat designatus. In examine vero in senatu instituto [De δοκιμασίαις quare Hermannus antt. Gr. p. 320. aliter sentiat ac Meierus, non assequor.] accusatores extiterunt et protulerunt, Mantitheum sub XXX viris militiam equestrem exercuisse. Equites illi quia praecipue populo exitiosi fuerant libertate restituta acerrime sunt vexati, ita ut phylarchi tabulas eorum conficere eorundemque stipendium (κατάστασιν), quod sub XXX virorum dominatu acceperant, demarchi repetere jussi sint (cf. Boeckh. O. c. I, 269 sq. II, 208. sq. Hermann. de equitt. Att. p. 31. sq.); lites autem de hisce rebus judicaverunt σύνδικοι (cf. Boeckh. I, 170. Meier. Proc. p. 111. sq.). Equitum igitur tantopere agitatorum multi quidem ad Thimbronem in Asiam se contulerunt, multi vero Athenis remanserunt et si fides Mantitheo (§. 8.) habenda est, postea plures senatorum, strategorum, taxiarchorum muneribus functi sunt, quod ita explicandum est, ut nullus accusator extiterit (cf. Meier. Proc. 205.). Nam si quis probarat, magistratum designatum inter illos equites militasse, ejus causa sane lubrica erat. Mantitheus igitur primum docet, se ex eorum numero non fuisse. Ante proelium ad Aegos flumen se cum fratribus ad Satyrum Bospori regem abiisse indeque quinto demum die ante exulum reditum revertisse; porro se neque phylarchorum tabellis neque fiscalibus traditum esse; si vero inter equites fuerit, non se negaturum fore, sed nihil mali sibi cives debere demonstraturum (— §. 8.). Tum orator exponit, domesticam vitam suam optimam fuisse, nihil sibi cum dissolutis juvenibus, a quibus nunc vexetur, fuisse commune; se nunquam ad judicium esse delatum; in bello se fortem fuisse; ante pugnam ad Haliartum inter equites conscriptum se ultro ad pedites transiisse; ante copias profectas duobus demotis quamvis ipsum divitiis expertem suppetias tulisse (cf. Boeckh. O. c. I, 298. Schoem. ad. Is. p. 221.), ex pugna Corinthia se ultimum se recepisse, tum ex centurione ipsum petiisse, ut sua acies ad proelium Coronense proficisceretur, multis postremo expeditionibus se interfuisse. Deinde Mantitheus senatores orat, ne ex externa specie judicium sumant; nam vocem quidem non submissam neque gressum suspensum esse, sed multa jam reipublicae se profuisse. Denique quod ineunte adolescentia jam coram populo locutus sit, se defendit. — Oratio non solum historiam illius temporis illustrat;

sed propter ethopoeiam etiam venustissimis est adnumeranda. Simplex enim homo, patribus illis Terentianis similis, Mantitheus est suamque agendi rationem elegantiorum moribus juvenum opponit. Quis fuerit, nescio; idem forte est, de quo dicit Andocides (de myst.); diversus esse videtur ab illo qui Ol. 93, 1. a ducibus Atheniensibus Athenas redeuntibus ad Hellespontum copiis praefectus relictus est (Xen. H. I, 1, 10. 3, 13. Diod. XIII, 68.); uterque vero diversus ab eo, qui orationes Demosthenicas in Boeotum habuit. Annus quo noster Lysiae orationem habuerit, definiri nequit. Quomodo vero Franzius (ed. Lys. p. 251.) de Ol. 95, 4. cogitare potuerit, non assequor. Orator enim respicit ad proelium Haliartium Ol. 96, 2. 395. (§. 13.), pugnam Corinthiam Ol. 96, 2. 394. (§. 15. cf. Xen. H. IV, 2, 19.), Coronensem Ol. 96, 3. 394. (§. 16. cf. Xen. H. IV, 3, 15.). Clinto igitur (p. 103.) statuit, orationem esse habitam post 394, fortasse ante Thrasybuli mortem qui Ol. 97, 3. $3\frac{9}{8}\frac{0}{9}$. cecidit, quod mihi quoque probabile est, Thrasybulus enim ex verbis oratoris (§. 15.) etiamtunc inter vivos esse videtur. Kruegerus l. l. orationem aliquot annis post 394. habitam esse inde collegit quod etiam aliis pugnis se interfuisse dicat (§. 18.), sed ex illis verbis non necessario colligendum est, illas pugnas post Coronensem pugnatas esse. Hoc vero et Clintoni et Kruegero concedendum est, de pugnis Coronensi etc. ita loqui Mantitheum, ut eodem anno commissae esse vix videantur.

---

17. *Περὶ δημοσίων ἀδικημάτων.*

Schotto auctore inscriptionem Taylorus mutavit: *περὶ δημοσίων χρημάτων*, id quod retinuit Bekkerus. Reiskius lectionem vulgatam sic defendendam putat, ut confiscatio fundi praeter jus et fas facta dicatur *ἀδίκημα δημόσιον*, injuria ab universo populo facta privato; recte; sed omnia *ἀδικήματα δημόσια* suntne confiscationes publicae? Quam multis modis populo hominem privatum laedere libet! inscriptio tam indefinita rejicienda est; neque Wachsmuthius (antt. II, 1, 288.) Pollucem sequi debebat. Simili fere modo Meierus (de bon. damn. p. 13 sq.) de propria *δίκῃ δημοσίων ἀδικημάτων* cogitaverat, sed sententiam suam retractavit (Proc. p. 345. cf. quae Frankius in Actt. Antiq. Darmst. 1837. p. 262. contra Scheibium [progr. schol. Hal. lat. 1836. p. 35.] disputavit.). Apud rhetores quidem seriorum temporum actio hujus no-

minis laudatur (cf. e. g. Liban. or. 64. hypoth., schol. Herm. T. III, p. 628. T. V, p. 168. T. VI, p. 621. W.). Pluralem positum esse putat Reiskius, quia titulus non uni huic soli proprius sit orationi, sed communis ei cum duabus proximis insequentibus, in eadem causarum genere versantibus; solitos enim esse ejusmodi titulos *καϑολικούς* seu universales, totis generibus causarum communes, orationi, quae quoque in genere prima fuerit, praescribi, ut *τοὺς συμβουλευτικούς, ἐπιτροπικούς* etc. Recte quidem id, quod Reiskius putat apud Lysiam quoque ejusmodi titulos inveniri, sed multae orationes quamquam eidem titulo subjectae tamen per se suam quaeque inscriptionem retinebant. De lectionis *χρημάτων* veritate recte Bremius dubitare mihi videtur; si *δημευϑέντων* legeretur, non obloquerer. Sed tota inscriptio qualis nunc est a grammaticis exorta esse prorsusque rejicienda videtur. Fortasse leg. *Πρὸς τὸ δημόσιον περὶ τῶν Ἐράτωνος χρημάτων.* Minus mihi placet Foertschii conjectura: *Περὶ δημοσίων ἀδίκων χρημάτων.*

Argumentum orationis accuratissime exposuit Meierus (de bon. damn. p. 190 sqq.) ut mihi nihil nisi eum exscribere restet. Erato actoris avo duo debebat talenta et usuras creditori ejusque heredi religiose pependerat omnibusque obligationis legibus satisfecerat; ipso autem mortuo filii tres quos reliquerat, Erasiphon, Erato, Erasistratus (de similitudine vocum cf. Boeckh. O. c. II. p. 235.) aeri alieno non amplius satisfaciebant. Qui, dum belli caussa privata judicia non haberentur (cf. Boeckh. O. c. I, 254), in jus vocari non poterant; restitutis autem cum pace judiciis privatis pater actoris Erasistrato, qui unus tum fratrum in urbe erat, de universa pecunia credita litem *παραβάσεως συμβολαίων* (cf. Meier. Proc. p. 510.) intenderat et Xenaeneto praetore Ol. 94, 4. caussam obtinuerat (§. 3.). Hinc actor vel potius pater ejus agrum Sphettium, qui Erasistrato ex hereditate adjudicatus erat (§. 6.) occupavit, de agro autem Cicynnensi et de domo cum Erasiphonte et Eratone filio in judicio certavit; apud Thesmothetas primum res fuit dijudicanda; rei vero exceptionem (*παραγραφήν.* cf. Schoem. Proc. 644. 648.) quod essent mercatores opposuerunt; tum res ad nautodicas delata nondum erat diremta (cf. Schoem. Proc. 694.). Postquam autem per tres annos agrum Sphettium pater actoris occupavit (§. 5, 8.), populo placuit omnia Eratonis mortui bona publicare, qua occasione etiam quae actor tenet in indicem bonorum Eratonis publicandorum referuntur. Litem igitur aerario (*διαδικασίαν* cf. Schoem. Proc. p. 574.)

movet orator Ol. 95, 3. 39⅘ (cf. Meier. l. l., Krueger. ad Clint. p. 101., Franz. ed. Lys. p. 251., Westermann.) et populo quidem duas bonorum Eratonis partes, quarum pretium erant 45 minae, committit, sibi vero ut tertia, Erasistrati quae antea fuerat quindecim minis aestimata (cf. Boeckh. O. c. I, 68.), concedatur postulat. Indicio praesunt σύνδικοι, magistratus extraordinarii (§. 10. cf. Boeckh. O. c. I, 170. Meier. d. b. d. 203. Proc. p. 111.). Quis fuerit actor, non magis quam qui Erato ejusque filii fuerint, scimus. Cum Erasistratus quidam (Xen. H. II, 3, 2.) inter XXX tyrannos recenseatur, Meiero non plane a vero abhorrere videbatur, ob hanc tyrannidis societatem bona universae domus Eratonis publicata esse, cum non liquidum sit, hunc non fuisse illius patrem. Haec vero sententia quare plane a vero abhorrere videatur, mihi, opinor, non exponendum est.

---

18. Περὶ δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ ἐπίλογος.

Galenus in Hippocr. de med. off. I, 3. (Tom. 18. P. 2. p. 657. Kühn.): Λ. κατὰ Πολιούχου· „ἐκεῖνος γὰρ ὅσα τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χρώμενος ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου πλήθους ἔπραξε, πανταχοῦ φανήσεται πολλῶν μὲν καὶ ἀγαθῶν αἴτιος τῇ πόλει γενόμενος, πλεῖστα δὲ καὶ ἄχρηστα τοὺς πολεμίους ἐργασάμενος" (vid. §. 2.).

Ex hoc testimonio Taylorus inscr. mutavit in Λ. κατὰ τοῦ Πολιούχου idque retinuit Reiskius quamquam in Varr. lectt. „debebat, inquit, Poliarchi nomen a Tayloro non mutari". Nomen Πολιοῦχος nullus codex Lysiae habet, et ubi Dobsonus §. 13. retinuit, Πολίαρχος habent Ald., Steph., Aug., Bekk., Brem., Foertsch., Franz.; item cod. Vindob. Ceteri vero Codd. alii alias formas habent, Πολίαχος cod. Steph., Coisl., Bessar. et C., Πολίσχος X. Titulus autem orationis qualem exhibui codicum erat et edd. ante Taylorum. Bekkerus antiquam lectionem revocavit codicum auctoritate qui praeter unum τῆς addunt ante δημεύσεως. Taylorum locutio δημεύεσθαι de homine usurpata offendit; eam autem bene Graecam esse, proscribere aliquem, pro ejus bona publicare, monuit Reiskius; hic autem legi vult ἀδελφιδοῦ pro ἀδελφοῦ, quod Augerius recepit; sed orator non pro se solo, sed pro fratre quoque loquitur neque de suis, sed de patris bonis.

Antiquam igitur inscriptionem retineamus. Negari quidem non potest, titulum *κατὰ Πολιάρχου* bene se habere, quia oratio non est *διαδικασία πρὸς τὸ δημόσιον*, sed accusatio Poliarchi *παρανόμων*, sed quia ea ipsa ex publicatione bonorum exorta neque coram archontibus dijudicata est, antiqua inscriptio mihi melius argumentum indicare videtur. Illud autem nomen §. 13. *Πολίοχος* scribi vult Bergkius (ad. calc. Andoc. Schiller. p 140.), quod Harpocratio *Πολίοχος καὶ Πολυάλκης ὀνόματα κύρια*; eadem leguntur ap. Photium atque hanc formam olim nostro loco scriptam fuisse jam Taylorus conjecit eandemque Aristophani Lysist. 344. pro *Πολίουχος* restituendam esse statuit Bergkius. Sed nomen *Πολίαρχος* magis nobis notum est; nomen enim erat filii Themistoclis (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 42. Meier. de gentil. p. 49.) et saepius occurrit (cf. Schoem. ad. Is. p. 179.). An nomen *Πολιοῦχος* fuerit usitatum, nescio; servat Schol. Arist. (V. III. p. 506. Dind.): *Πολιοῦχος· (Περικλῆς?) οὗτος ἔταξε καὶ βουλευτικὸν μισθὸν καὶ διδακτικόν* (*δικαστικόν*?).

Poliarchus quidam, de quo nihil scimus nisi eum inter exules Phylceenses fuisse, prius hominem quendam, qui contra jus ut Eucratis, fratris Niciae, bona publicarentur, apud populum retulerat, accusaverat isque ut mille drachmis (cf. Meier. de bon. damn. p. 209.) multaretur, effecerat (§. 14.). Tum vero ipse plebisciti auctor fuit, ut illa bona publica fierent; id quod populum jam decrevisse apparet ex §. 14: *νυνὶ νενίκηκε.* Adversus eum extiterunt filii Eucratis *παρανόμων* eum accusantes (§. 14.). Quis primariam orationem habuerit incertum est, quamquam cogitari potest de fratre actoris (§. 21.). Nostra oratio est *δευτερολογία*, quod prima verba jam indicant, et quidem *ἐπίλογος* (§. 24.); testimonia igitur non proferuntur. Orator de Poliarchi rogatione paula tantum disputat, quia jam a primo accusatore tractata erat; sed familiae suae gloriam virtutemque judicibus in memoriam revocat, Niciae primum, clarissimi ducis qui multa reipublicae profuerit, quamvis aliorum culpa interdum in calamitatem inciderit, deinde Eucratis Niciae fratris qui post pugnam navalem ad Aegos flumen commissam ab *ἑταίροις* (cf. in Erat. §. 43.) ad rempublicam evertendam provocatus dominationis XXX virorum particeps esse noluerit, sed mortem oppetierit; tum Nicerati, filii Niciae, aeque ac illi populo faventis et a XXX viris necati (— §. 6. De familia cf. Boeckh. O. c. II, 13.); Diognetum denique Niciae et Eucratis fratrem (cf. Brem. prooem.) quamvis per sycophantas ejectum, rei tamen publicae favere

non destitisse neque post reditum sub XXX viris munere esse functum enarrat (— §. 9.); eundem tum Nicerati filium et Eucratis ambos filios (i. e. actorem ejusque fratrem) Pausaniae Lacedaemoniorum regi produxisse ejusque misericordiam erga cives et odium in tyrannos agitasse (— §. 12.). Postremo orator Poliarchum rogatione sua nihil nisi famam quandam captare ex ejus agendi priore ratione probare studet (— §. 14.) judicesque adhortatur ne pacta quae cum Lacedaemoniis composuerint pluris quam quae inter se ipsos sint pacti aestiment (§. 15.). Etiam reipublicae nihil emolumenti esse ex bonis publicatis, utpote quae qui reipublicae augendae speciem prae se ferant inter se dividant (cf. Boeckh. O. c. I, 426. Meier. d. b. d. p. 211.). Hoc vero ipso tempore nihil exoptatius esse quam concordiam inter cives (— §. 19.). In epilogo orator enarrat, quantam utilitatem ipse suique cognati civitati sint allaturi, et judicibus supplicat ut propter majorum certe virtutes sibi faveant. — Causa igitur quae hic agitur est accusatio Poliarchi *παρανόμων*. De ejusmodi quidem causis archontes judicio praeesse solent; in nostra vero *σύνδικοι* (§. 26.), magistratus extraordinarii, de quibus jam saepius dixi, praefuere. Vero enim dissimile esse, *συνδίκους* publicos intelligi qui Poliarchi legem adjuvent, recte monuit Meierus (Proc. p. 111.). Orationem esse habitam Ol. 95, 4. suspicantur Kruegerus (ad Clint. p. 101.), Franzius (ed. Lys. p. 251.), Westermannus. Exules quum redierunt actor erat *παῖς* (§. 10. 22.), quare conjicias orationem paullo post Ol. 95, 4. scriptam esse, provocans etiam ad verba §. 19: *τοσούτῳ χρόνῳ ὕστερον*; sed ibid. et §. 18. dicit orator: *νεωστὶ κατεληλυθόσιν*, atque orationem ante bellum Boeotium s. Corinthium conscriptam esse optime elucet ex §. 15: *οὐκοῦν αἰσχρόν, εἰ ἃ μὲν Λακεδαιμονίοις συνέθεσθε βεβαιώσετε — καὶ τὰς μὲν πρὸς ἐκείνους συνθήκας κυρίας ποιήσετε — καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις Ἕλλησιν ὀργίζοισθε, εἴ τις Λακεδαιμονίους ὑμῶν περὶ πλείονος ποιεῖται, ὑμεῖς δ᾽ αὐτοὶ φανήσεσθε πιστότερον πρὸς ἐκείνους ἢ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς διακείμενοι.* Oratio igitur habita esse videtur Ol. 95, 4. vel Ol. 96, 1.

---

19. *'Υπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων πρὸς τὸ δημόσιον.*

Hujus orationis expositioni praemitto stemma personarum quae in ea occurrunt:

Euripides
|
Xenophon dux (§. 14.)
|
Nicophemus — N. — filia — Critodemus Ἀλωπεκῆθεν

Filius 1.; (§ 22.) Aristophanes. filia 3.; tres liberi — filia 2.; {ux. Phaedri cf. Schiller. ad And. p. 99 sq.} — filia 1.; {ux. Philomeli.} — actor — filia, Aristomachus (Dem. c. Neaer. p. 1353.)

Aristophanes Cononis amicus vir popularis atque insiguis sororem viri nobilis opulentique qui hanc orationem habuit, c. Ol. 96, 4. vel 97, 1 (cf. §. 12.) in matrimonium duxerat. Vir erat impiger et rempublicam suamque gloriam studebat augere; rebus igitur publicis totum se dedit. Cononis suasu cum Eunomo et Lysia (vid. supra p. 27.) Ol. 97, 3. ad Dionysium Syracusanum se contulit persuasurus, ut cum Euagora affinitate se devinciret, Lacedaemoniisque inimicus, Atheniensibus amicus fieret (§. 19. 20.). Re perfecta (cf. Meier. de bon. damn. p. 52.) Aristophanes reversus legatis Cypriis quum publice decem naves traditae essent, non suam solum pecuniam obtulit, sed etiam multam ab amicis, fratre, actoris patre collectam (§. 21. 22.), in universum triginta milia drachmarum (§. 43. cf. Boeckh. O. c. II, 130.) Ol. 97, 3. E Cypro a patre certior factus omnia abunde ipsi futura legatus abiit omnia quae posset impendere et Euagorae gratificari paratus (§. 23.). Per eandem triremem quae Aristophanem Cyprum transvexerat omnia restituta sunt. Qualem deinde Aristophanes se praebuerit nescimus. Brevi post Nicophemus et Aristophanes deprehensi atque indicta causa necati sunt. Meierus (de bon. damn. p. 194.) eos proditionis esse damnatos putat, quod actor (§. 7.) ne sepulturam quidem iis concessam dicat; sepulturam enim perduellibus tantum et sacrilegis negari solitam esse, et hoc verisimillimum est; si non fuisset condemnatio, actor certe eam impugnaret (cf. frgm. 1.). Proditionis crimen Aristophani intenditum pro-

pterea quod decem naves Euagorae auxilio missae a Teleutia Lacedaemonio captae sint (Xen. H. IV, 8, 24.) et l. l. pro *Φιλοκράτει τῷ Ἐφιάλτου* legendum esse *Ἀριστοφάνει τῷ Νικοφήμου* Meierus conjecit; quod equidem non concedam (cf. §. 24.). Deprehensi igitur illi et interfecti sunt, eorum bona publicata. Quo autem tempore? Ol. 97, 4. Antipatro archonte, respondent Meierus (l. l. p. 193.) et Clinto (p. 109.). Divitiarum enim Aristophanis originem ex pugna navali ad Cnidum (*ναυμαχία ἐπ᾽ Εὐβούλου ἄρχοντος* Ol. 96, 3. mens. Iul. v. Aug. 394.) deducendam esse orator dicit §. 28; per quattuor autem vel quinque annos plus divitiarum posse acquiri, quam in indice publicatorum bonorum inventum sit negat; utriusque igitur damnatio Ol. 97, 4. accidit. Bona publicata cum hominum opinione inferiora esse viderentur (cf. Boeckh. O. c. I, 426.), socer Aristophanis in suspicionem talentorum quattuor (§. 34.) subductorum venit ejusque etiam bona in indicem publicandorum relata sunt (*ἀπογραφή* cf. Meier. d. b. d. p. 201 sqq. Proc. 254. 257 sq. 197.). Quis *ἀπογραφὴν* sit conatus, nescimus (§. 2. cf. Meier. Proc. p. 258.); falsam vero eam esse Aristophanis socer contendit. Lite instituta illi qui *ἀπογεγράφασι* accusatores existunt (§. 2, 3. cf. Meier. Proc. p. 259.). Pro patre reo filius orationem hanc Lysiacam habuit, atque quidem ex computationibus Meieri, Clintonis, cui tamen dubia est, Franzii (ed. Lys. p. 252.), Westermanni, Kruegeri (hist. phil. Studien. p. 263.) Ol. 98, 1. Equidem vero Schneidero (ad Xen. H. V, I, 25.) concesserim, Diotimum, quem noster exhibeat, ejusque expeditionem eandem esse quam Xenophon (V. 1, 7. 35.) enarret. Diotimus Ol. 98, 1. cum Iphicrate Nicolochum Abydi obsedit; quos Antalcidas quum deprehendisset aggredi statuit; quomodo hoc sit nactus, videsis diversas narrationes ap. Schneider. ad Xen. H. V, 1, 27. Antequam cum navibus rediisset, peculatus accusatus est, tum reversus se defendit et absolutus est (§. 50. 51.); id quod nuperrime (*ἔναγχος*) accidisse orator dicit. Quodsi Diotimus Ol. 98, 1. accusatus est, oratio nostra Ol. 98, 2. scripta esse videtur (cf. Clint. p. 108. 109.). Huic autem rationi non obstant quae orator de Aristophanis damnatione exponit; nam etiamsi Ol. 97, 4. deprehensus est, tamen factum esse potest, ut per annum in vinculis haereret; quod quidem orator non enarrat, sed calamitates quas Aristophanes ejusque necessarii perpessi sunt aliae majores fuerunt, quam ut leviores sibi enumerandas putaret actor. Pro patre filius in Heliastarum judicio, cui *σύνδικοι* praefuerunt (cf.

Meier. d. b. d. p. 215.), quos hoc tempore nondum fuisse exstinctos docemur, orationem nostram habuit, qua crimine bonorum Aristophanis subductorum se defendere conetur. Prooemio igitur, quod Andocideo cuidam (de myst. §. 6 — 8 cf. Spengel. συναγ. p. 108. Meier. ind. lectt. Hal. 1832. p. 6.) simillimum est, praemisso de calamitatibus, quae suae Aristophanisque superstiti familiae immineant, queritur brevibusque verbis patris sui in rempublicam merita significat (— §. 11.). Tum de sororum suarum connubiis loquitur ut patrem nunquam divitiarum, sed probi generis rationem habuisse probet (— §. 17.) et Aristophanes affinis quanto reipublicae augendae studio neque suis neque cognatorum pecuniis pepercerit depingit (§. 18 — 26.). In re privata eum fuisse simplicem, sed τριηραρχίας, choregias et εἰσφοράς religiosissime praestitisse (cf. Boeckh. O. c. II, 59.) atque fieri vix posse, ut intra quattuor vel quinque annos tantis officiis servatis majores opes quam Aristophanes colligas (— §. 30.). Ut vero ipse vel cognati sui nihil ex Aristophanis bonis publicatis eripuerint inde apparere quod pecunia multa numerata sit reperta ipsique jurejurando firmare parati sint, tantum abesse, ut ex Aristophanis bonis quidquam possideant, ut dos viduae illius septemque minae, quibus a genero acceptis Aristophanes abierit, bonis publicatis sint adnumeratae (— §. 33.). Iterum deinde exponit actor, vix credibile esse, Aristophanem majores opes quam repertae sint reliquisse; eum enim partim in civitatis gratiam divitias suas solvisse, partim reliquisse quattuordecim talenta et dimidium, cum Cono, quem Nicophemo praefectum reliquisse minimum decaplum crediderís, ex testamento nihil nisi quadraginta talenta possederit (— §. 44.). Quam saepe opiniones quae vulgo diffusae sint de hominum opibus post mortem illorum falsissimae apparuerint, plura exempla profert actor (cf. Boeckh. O. c. lib. IV, cap. 3.). Denique de se suoque patre orator loquitur; se a foro et judiciis per totam vitam abstinuisse; patrem nunquam bonorum fuisse cupidum, sed per quinquaginta annos omnia boni civis officia splendidissime praestitisse, novem talenta et duo milia drachmarum reipublicae contulisse, in ludis Isthmicis et Nemeis vicisse, pauperum civium filias sororesque dotibus donasse, alios ex hostium manibus solvisse, alios sepeliendos curasse, in privata vero vita unde gloriam non comparare potuerit, fuisse simplicissimum. Iudices igitur ne sibi suoque patri bona eripiant ut habeant unde reipublicae prosint (§. 55 — 64.) orat.

20. Ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως ἀπολογία.

Harp. v. Πολύστρατος. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θρασυβούλου, εἰ γνήσιος· Πολύστρατος αἰτίαν ἔχων τοὺς Ἑρμᾶς περικόψαι ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἀθηναίων· ἕτερος δ' ἂν εἴη Πολύστρατος ὑπὲρ οὗ λόγος ἐστὶ Λυσίᾳ ἐπιγραφόμενος ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως ἀπολογία· ἄλλος δ' ἂν εἴη Πολύστρατος οὗ καὶ Δημοσθένης μνημονεύει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, λέγων αὐτόν ποτε ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν τρέφειν· μήποτε μέντοι ἐνταῦθα δεῖ γράφειν Πολύτροπον, ἀντὶ Πολυστράτου· παρὰ μηδενὶ γάρ φησιν ὁ Δίδυμος εὑρηκέναι τὸν Πολύστρατον ἡγησάμενον τοῦ ἐν Κορίνθῳ ξενικοῦ. τὸν Πολύτροπον μὲν οὖν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν Ξενοφῶντος εὗρον· ἀλλ' οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἔφησεν ὁ Ξενοφῶν τρέφεσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἦν ὁ Πολύτροπος. Phot. p. 441, 15. et Suid. v. Πολύστρατος· οὗτος αἰτίαν ἔχων — Ἀθηναίων· οὗ Λυσίας μέμνηται· ἕτερος δέ ἐστιν, ὑπὲρ οὗ λόγον ἔγραψεν ὁ αὐτὸς Λυσίας· ἄλλος δ' ἂν εἴη κ. τ. λ.

Haec oratio memorabilis est; historiam enim tyrannidis virorum CCCC illustrat eademque ipsā abolita poenas quae illis viris sunt irrogatae, praecipue explanat. Marklandus et Meierus (de bon. damn. p. 182.) capite eam carere putaverunt; hoc vero cum Schoemanno (ad Is. p. 454.) non concesserim, cum mihi δευτερολογία potius esse videatur. Polystratus pater πρωτολογίαν, si quid video, habuit; filius hanc δευτερολογίαν. Filius enim ubi de patris moribus ejusque magistratu loquitur, nullum testem producit, de sui ipsius vero fratrumque moribus testimonia affert. Polystratus inter CCCC viros fuit, sed si oratori fides habenda est, bene se gessit. Cum enim esset inter καταλογέας s. συγγραφέας, decem conscriptores plena cum potentia creatos, qui dominatum CCCC virorum instituerent (cf. Krueger. comm. de Thuc. hist. part. post. p. 375. sq. Hermann. antt. Gr. p. 364.), ut civibus gratificaretur, pro IↃↃ consignavit novem milia civium. Invitus inter quadringentos electus per octo dies in senatum venit, tum vero Eretriam profectus in pugnis navalibus excelluit et CCCC virorum dominatu jam abolito Athenas revertit (§. 13. 14.). Extemplo autem accusatus est illoque tempore (§. 11: ἐν ταῖς πρότερον κατηγορίαις etc.) familiaritatem inprimis Phrynichi ei objectam esse orator testatur; hoc vero crimen falsum esse ex utriusque studiis (cf. Krueger l. l. p. 372.) probat. Sed

res quae saepius in judicium venerat (§. 11. ταῖς κατηγορίαις), postremo ita judicata est, ut Polystratus multa pecunia mulctaretur (ὤφλε χρήματα τοσαῦτα §. 14. 18.). Jam vero cum iterum res ad judicium delata esset, Polystratus se defendit πρωτολογίᾳ et filius eum adjuvit δευτερολογίᾳ. Quomodo vero factum sit, ut res quae jam judicata erat et per multam impositam finita videbatur, iterum in judicium delata sit, id explicare me non posse cum Meiero confiteor. Priorem damnationem ob facinus quoddam a Polystrato commissum accidisse Meierus putat; equidem vero non video, quare non propter dominatus communionem Polystratus condemnatus esse possit. Quadringentorum enim virorum alii effugerant (§. 21.), alii vero remanserant; quorum ii qui accusatores in logistarum judicio auro corruperant absoluti (§. 7, 10. cf. Boeckh. O. c. I, 204. Meier. de bon. damn. p. 112. Proc. 218.), ii autem qui accusatoribus non pecuniam obtulerant puniti sunt, non quidem poena legitima τυραννίδος, de qua thesmothetae judicassent, sed mulctis ab euthynis (λογιστήριον §. 10.) dictis. Jam vero iterum Polystratus accusatus est; cujus rei, mihi non apparet. Orator dicit §. 5: κατηγοροῦσι μὲν αὐτοῦ ὡς πολλὰς ἀρχὰς ἦρξεν, §. 16: νεωτερίζειν εἰς τὸ ὑμέτερον πλῆθος, §. 30: ὁ πατὴρ διαβέβληται; de poena vero quae immineat, §. 6: Π. δίκην δίδωσι, §. 19: ἡμῖν δὲ οὐ δώσετε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτίμους ὑμῖν γενέσθαι, §. 32: περὶ ἡμῶν γάρ ἐστι ψῆφος ὑμῖν καὶ οὐ περὶ χρημάτων, §. 35: ἡμεῖς δὲ τὸν πατέρα τουτονὶ καὶ ἡμᾶς ἐξαιτούμεθα, μὴ ἡμᾶς ἀντὶ μὲν ἐπιτίμων ἀτίμους ποιήσητε, ἀντὶ δὲ πολιτῶν ἀπόλιδας. — εἰ δὲ ἡμᾶς ἀδίκως ἀπολεῖτε, πῶς ἢ οὗτος ἡμῖν ἡδέως συνέσται ἢ ἡμεῖς ἀλλήλοις ἐν τῷ αὐτῷ ὄντες ὑμῶν τε ἀνάξιοι καὶ τῆς πόλεως; §. 36: ἐλεήσαντες ἀποψηφίσασθε καὶ μὴ ἡμᾶς βουλομένους εὖ ποιεῖν τὴν πόλιν ὑμεῖς κωλύσητε. Ex hisce locis si titulus orationis recte se habet, accusatio καταλύσεως δήμου levior erat; cum enim crimen κατ. δημ. plerumque morte puniretur (cf. Meier. Proc. p. 343.), Polystrato nihil nisi ἀτιμία cum exilio conjuncta imminebat; miror autem eandem poenam etiam liberis irrogari, actorem vero crimen nullo loco a se avertere studere; quod quibus in caussis acciderit equidem nescio (cf. Hermann. antt. Gr. §. 124, not. 12.). Oratio habita esse videtur ante Euclidem archontem; nullo enim loco actor triginta viros, quorum vix potuisset mentionem praeterire, commemoravit; tum officia quae ipse fratresque reipublicae praestiterint, enumerat, quae ipsa omnia

autem ante Ol. 94. inciderunt; denique Polystratus senex est quum oratio haberetur (§. 10, 35.), sed etiam CCCC viris senex jam additus est (§. 3.). Kruegerus (ad Clint. p. 85.) accuratius tempus definivit, a. 410. (Ol. 92⅔.); ejus vero argumenta mihi non satis probabilia esse videntur. Nititur enim vir sagacissimus primum §. 22.: *Π. ὑμῖν δίκην δέδωκεν εὐθὺς μετὰ τὰ πράγματα, ὅτε ὑμεῖς τε μάλιστα ἐμέμνησθε τῶν γενομένων*, sed verborum tempora indicare mihi videntur, illa ad priorem Polystrati accusationem referenda esse; tum §. 29. pugnam *ἐν Ἑλλησπόντῳ*, qua actoris frater natu maximus excelluisse dicitur, intelligendam esse putat pugnam ad Cynossema; sed proelium ad Cynossema Ol. 92, 2. paullo antequam CCCC viri imperio privati sunt, dimicatum est; orator vero, ni fallor, §. 4. dicit: se intra CCCC virorum dominatum in Sicilia, fratres vero in Boeotia abfuisse. Aliam igitur pugnam intelligi crediderim; nescio vero quamnam; multa enim proelia illo tempore in Hellesponto commissa sunt. Fuga qua Polystrati filius natu minimus excelluisse dicitur §. 28, illa est, qua exules ex CCCC viris magistratu dejectis Deceleam se receperunt. — Postremo orationis formam consideremus. In oratione adv. Erat. quam Ol. 94, 2. habuit Lysias testatur: *οὔτ' ἐμαυτοῦ πώποτε οὔτε ἀλλότρια πράγματα πράξας νῦν ἠνάγκασμαι τούτου κατηγορεῖν.* Haec verba si de orationibus scriptis explanentur (cf. Boeckh. in Mus. Rhen. 1827. p. 71.), orationem pro Polystrato non esse Lysiae sequetur; sed de orationibus habitis possunt intelligi, ita ut ex illo loco nihil de nostra oratione colligi liceat. In ea vero sententiarum nexus tam confusus est, ut quamvis nihil insit, quod historiae veritatem laedat, vix mihi persuadere possim eam Lysiae esse adjudicandam. Qua occasione habita esse videatur, supra dixi. De Polystrato nihil nisi ex hac oratione comperi, ubi de ejus vita loquitur filius §. 11 — 14; eumque Oropi archontem fuisse addit (§. 6. cf. Boeckh. O. c. I, 437.). Habuit tres (§. 4, 28, 29, 35.) filios, quorum unus orationem Lysiacam habuit; idem in Sicilia primum in Atheniensium exercitu, tum post cladem apud Catanaeos fortem se gessisse testatur (§. 24 — 27.); alter filius in proelio navali in Hellesponto commisso excelluit (§. 29.); tertius in CCCC viris fugandis strenuus fuit. (§. 28.). Lycius quidam Polystrati f. dux equitum Atheniensis commemoratur a Xenophonte (Anab. III. 4, 20.); qui fortasse filius nostri Polystrati habendus est. Natu igitur maximus filius orationem Lysiae habuit, cujus hoc est argumentum: „Orator judices adhortatur, ne CCCC no-

mini, sed quorundam sceleribus succenseant; alios enim reipublicae male, alios bene voluisse (§. 1.) atque inter hos fuisse Polystratum, cujus optimam fuisse voluntatem inter tribules electores constiterit (§. 2.). Neque erat, quod Polystratus dominationem paucorum desideraret; senectus eum deterrebat (§. 3.) conscientiaque se nihil mali commisisse, ut sibi liberisque, qui etiamtum non aderant, timendum esset (§. 4.) Sed Polystratus multis muneribus esse functus accusatur; hoc vero non est probrum nisi eum male administrasse demonstraveris (§. 5.). Fuit autem primum archon Oropi neque prodidit neque aliam reipublicae formam instituit, quamquam ceteri urbem prodiderunt (cf. Krueger. de Thuc. hist. part. post. p. 281). Ceteri se peccasse sibi conscii aufugerunt, ille vero sibi persuasum habens se optime se gessisse Athenis remansit atque jam poenas luit (§. 6.). Accusatores illos qui auro corruperant dimittunt; qui nihil offerunt, eos invadunt. Polystratus vero nihil quod populum laedat in senatu dixit (§. 7.); CCCC virorum adversarii effugerunt aut necati sunt (cf. Krueger. l. l. p. 377.), Polystratus quietum se tenuit, quod omnino non vituperandum est (§. 9.). Intra septuaginta annos nihil peccavit; intra octo solum dies erravit; attamen qui per totam vitam mali erant, in rationibus reddendis boni, mali contra qui semper boni erant videntur esse (§. 10.). In prioribus judiciis Polystratus etiam familiaritatem cum Phrynicho habuisse accusatus est; sed hoc falsum esse ex utriusque diversis studiis indeque elucet, quod pro Phrynicho condemnato non pecuniam solverit Polystratus; Polystratum autem Phrynichi fuisse curialem ineptum est probrum (§. 12.). Inter *καταλογέας* electus civibus fuit gratus, inter CCCC viros electus per octo tantum dies dominationis fuit particeps. Nihilominus tanta mulcta est punitus (§. 14.). Quadringentos malos fuisse dicunt; sed illi soli mali fuerunt, qui reipublicae fuerunt noxii; Polystratus si rebus novis studuisset, non Eretriam profectus esset (— §. 16.); neque quisquam eum in civium bona peccasse atque avaritia ductum eo abiisse probabit. Accusatores qui illo tempore obmutuerunt nunc declamant eorundemque metu nemo Polystratum juvare audet (§. 18.); liberi soli extiterunt anxii (§. 19.); sed propter scelera CCCC virorum non ii puniendi sunt qui aberant (§. 20.); injusti se ipsos condemnantes aufugerunt, Polystratus vero remansit atque mulctatus est (§. 22.). Hic reipublicae utilis fuit, stipendia meruit, liturgias vectigaliaque extraordinaria praestitit (§. 23.), unum filium (qui orationem habet) expeditioni Siculae addidit; hic autem eques ad Syracusas

reipublicae sua virtute gloriam auxit, exercitu victo Catanam se recepit atque ex praeda capta etiam Minervae decimam partem transmisit (cf. Boeckh. O. c. I, 352.), tum inter hoplites insignis ne pactum cum Syracusanis fieret auctor fuit: quo ipso tempore etiam pater in epistola ad filium transmissa bonam voluntatem erga patriam declaravit (§. 27.). Fratres quoque oratoris ambo in proeliis fuerunt conspicui (§. 29.). Propter haec in civitatem merita patrem filiosque absolvi decet; inde respublica etiam emolumentum capiet; alii enim ut civitati prosint incitabuntur (§. 32.)". Orator judicibus supplicans: „Uti saepius reos si liberos flentes in curiam produxerunt absolvistis, ita nobis nostrum ipsorum caussa quorum erga vos studium cognovistis, benevoli sitis; terribile enim foret si ad hostes cogeremur effugere" orationem concludit.

---

21. Ἀπολογία δωροδοκίας ἀπαράσημος.

Ex hac oratione auctoris nomine omisso laudat Suidas v. τέως. Οἱ ῥήτορες ἐπὶ τοῦ πρότερον ἢ πάλαι. Μέχρι τοῦ τέως· Ἀντιφῶν κ. τ. λ. Καὶ ἐπὶ τοῦ ἐν τοσούτῳ. Καὶ αὖθις κ. τ. λ. Καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς δωροδοκίας. „Δέομαι ὑμῶν τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ ἐμοῦ ἔχειν, καὶ ἐν τῷ τέως" (negligenter exscr. ex §. 19.).

Meierus (Proc. p. 253. 351.) orationem hanc non esse ἀπολογίαν δωροδοκίας, sed ἀπογραφὴν πρός τινα conjecit, et multa sane ei insunt quae huic sententiae faveant. Accuratam vero sententiam vix dicere ausim, quia oratio non πρωτολογία, sed ἐπίλογος est, ut ex initio apparet: περὶ μὲν τῶν κατηγορημένων ἱκανῶς ὑμῖν ἀποδέδεικται. Argumentum hoc est: „Orator ab initio merita sua in rempublicam laudibus effert, trierarchias, choregias, arrhephorias, εἰσφοράς etc. enumerat atque in has ab Ol. 92, 2. usque ad Ol. 94, 2. decem talenta et triginta sex minas (14575 Thlr. cf. Boeckh. O. c. I, 491 sqq. II, 121.) se compendisse contendit (— §. 5.); naves a se optime exornatas et a ducibus electas esse; ex pugna ad Aegos flumen ex omnibus (cf. Isocr. c. Callim. cap. 23. Clinton. p. 90.) quae servatae sint, se duas naves hostium manibus eripuisse (— §. 10.). Tum judicibus ne se suis bonis spolient supplicat; se liturgias splendidissime praestitisse; liturgias autem certissima publica vectigalia esse (cf. Boeckh. O. c. II, 6.); rempublicam ex bonis publicis sibi potius aliquid debere tradere; privatam enim vitam parcam, publicam

vero profusam fuisse (— §. 17.); nunquam male se reipublicae consuluisse. Quam ob rem judices bonam de se opinionem retineant orat (§. 19.); accusatores vero impios esse Cinesiaque ignaviores. Ne igitur ipsum donorum acceptorum condemnent; satis apparere ex illis quae de officiis in civitatem praestitis dixerit ejusmodi crimen ineptissimum esse (— §. 23.). Nunquam in reipublicae periculis domus memorem se fuisse; gratiam judices ipsi reddant neque calamitates". Dicit actor, se *δωροδοκίας* accusatum esse §. 21: *ὑμῶν δέομαι μὴ καταγνῶναι δωροδοκίαν ἐμοῦ κ. τ. λ.* §. 22: *ἐπὶ δὲ τῷ τῆς πόλεως κακῷ παρὰ τῶν ἄλλων δωροδοκοίην*; aliis vero locis bona sua tabulis esse tradita seque publicorum bonorum ereptorum accusatum esse indicat, ut §. 16: *ἡγοῦμαι πολὺ ἂν δικαιότερον ὑμᾶς ὑπὸ τῶν ζητητῶν ἀπογραφῆναι τὰ ἐμὰ ἔχειν ἢ ἐμὲ νυνὶ κινδυνεύειν ὡς τοῦ δημοσίου χρήματα ἔχοντα.* Quod quomodo cum illis conveniat nescio; ab Atheniensium inimicis fortasse bona publica actori tradita erant eamque ob causam *δωροδοκίας* est accusatus. Periculum quod sibi immineat, multis locis commemorat, §. 11: *μὴ στερηθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ, τὰ ὄντα ἀπολέσαι*, §. 14: *ἐὰν δ' ἐμὲ πένητα ποιήσητε*, §. 25: *εἰ ἀναγκασθησόμεθα ἐπὶ τοιαύτας αἰτίας ἄτιμοι γενέσθαι, ἢ [καὶ?] στερηθέντες τῶν ὑπαρχόντων πένητες εἶναι καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς ὄντες περιιέναι*; sed ex his locis de actione nihil colligi potest, quia et eum qui in *παραγωγῇ* ceciderat, et eum qui *δωροδοκίας* condemnatus erat, attingunt (cf. Meier. Proc. p. 352. Lelyveld. de infam. p. 83 sq.). Orationem denique Ol. 94, 3. habitam esse statuit Franzius (ed. Lys. p. 251.), quod verum esse videtur; orator enim, ubi loquitur de choregiis etc. quas praestiterit, nullam post Euclidem archontem oblatam commemorat; breve demum tempus praeteriisse ex quo pax composita sit, apparere videtur ex verbis §. 25: *ὑμᾶς νυνὶ ἐν τῷ θαρραλέῳ ὄντας.* De actore postremo ejusque adversariis nihil notum est; hoc tantum scimus, illum Ol. 87, 4. (429.) natum esse, Ol. 92, 2. (411.) inter ephebos receptum, tum, quum orationem habuerit, 27 annorum aetatem egisse atque praemature (§. 24.) uxorem duxisse.

---

22. *Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.*

Bekk. An. p. 77, 15: *"Αξιον· ἀντὶ τοῦ εὔωνον. Λ. ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπωλῶν* (§. 8.); Suid. v. *ἄξιον· Τάτ-*

τοῦσι δὲ τὸ "Ἄξιον καὶ ἐπὶ τῶν ὠνίων, ὅταν εὔωνόν τι πιπράσκηται. Λ. ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπωλῶν· „Ἔρουσι ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πόλεως ὠνοῦνται τὸν σῖτον, ἵν' ὡς ἀξιώτατον ἡμῖν πωλῶσιν" (parum accurate ex §. 11.).

Legem aliquam, qua cautum erat ne quis plus frumenti quam quinquaginta φορμοὺς (cf. Boeckh. O. e. I, 89.) coemeret, dardanarii violaverant. Quare quidam per εἰσαγγελίαν (cf. Matthiae de judic. Athen. p. 232. Schoem. de comit. p. 198. Heffter. p. 221., Meier. Proc. p. 260. 264. 55.) eos detulerant ad prytanes, qui deinde rem in senatu judicandam curaverunt. Pravitate dardanariorum cognita complures statim Undecimviris eos tradendos esse censuerunt; cui vero sententiae is qui orationem Lysiacam habet, se opposuit atque effecit, ut res thesmothetis (cf. Meier. Proc. p. 265.) traderetur, qui Heliastas convocaverunt. Quorum in judicio ipse senatusconsulti illius auctor ut rumorem de bona erga dardanarios voluntate refelleret, eorundem accusator extitit atque orationem nostram habuit. Causa igitur ex qua senatusconsulti auctor factus sit et ex qua nunc extiterit, exposita dardanarios vel potius unum eorum per interrogationes impugnat. Leges quidem se violasse isti non negant, sed jussu τῶν σιτοφυλάκων (quorum tunc temporis tres fuerunt, postea X. cf. Boeckh. I, 90 sq.) frumenti plus quam licitum sit se coemisse contendunt (§. 5.). Quod vero falsum esse orator demonstrat (— §. 9.). Etiamsi vero, pergit orator, frumentum coemere jussi erant a magistratibus, hoc nihil refert; leges enim superiores sunt magistratibus (§. 10.). Rei se excusent fortasse eo quod reipublicae saluti se coemisse contendant; sed etiam hoc esse fictum obloquitur orator atque jam summam istius faecis pravitatem disertis verbis detegit (cf. Boeckh. I, 90.); nequitiam enim eorum tam infamem esse, ut quamquam omnium ceterorum venalium legem οἱ ἀγορανόμοι tueantur, dardanarii propriis σιτοφύλαξι subjecti sint; eorundemque fallaciam tantam esse, ut saepius magistratibus in judicio fuerint superiores hisque ipsis ut supplicium decretum sit effecerint. Denique orator exponit, etiam mercatorum caussa dardanarios damnandos esse." Orationem esse habitam Ol. 95, 4. statuit Franzius (ed. Lys. p. 251.). Hoc vero falsum esse apparet ex §. 15., ubi tum bellum geri dicitur: ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς ἐπιβουλεύουσιν ἡμῖν, ἐν οἷσπερ οἱ πολέμιοι. Quorum verborum major est auctoritas quam eorum quae §. 14. leguntur: τὰς συμφορὰς λογοποιοῦσιν, τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀπορρηθήσεσθαι. Kruegerus (ad Clint. p. 109.) Ol. 98, 1.

paullo ante pacem Antalcideam or. scriptam esse conjecit, qua in re relegavit ad §. 14, ubi quid hanc sententiam confirmet equidem nescio. Orator dicit: *οὕτω δ' ἄσμενοι τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότερον τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δ' αὐτοὶ λογοποιοῦσιν· ἢ τὰς ναῦς διεφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπλεούσας συνειλῆφθαι, ἢ τὰ ἐμπόρια κεκλεῖσθαι, ἢ τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀπορρηθήσεσθαι,* quibus verbis, ni fallor, et de *πρότερον πυνθάνεσθαι* et de *τῷ λογοποιεῖν* bina exempla affert; quod si constat, verba *ἢ τὰ ἐμπόρια — ἀπορρηθήσεσθαι* praetereamus; quaenam autem sit historia navium in Ponto amissarum equidem nescio; naves vero in itinere ab Lacedaemoniis captas cum commemoratur respicere videtur orator ad illas naves, in Cyprum ad Euagorae auxilium missas, quas Teleutias intercepit Ol. 97, 3. brevique post oratio fortasse scripta est. Quam autem incerta sit haec conjectura, satis apparet.

---

23. *Κατὰ Παγκλέωνος ὅτι οὐκ ἦν Πλαταιεύς.*

Civis quidam Atheniensis Pancleonem fullonem qui sibi contumelias intulerat in jus vocavit. Pancleo vero civem se esse Plataico-Atheniensem (de his cf. Westermann. de publ. Ath. honor. p. 36.) atque Deceleensem demotum ex phyle Hippothoontide, cujus ad diaetetas (cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 5, 65.) Pancleonem deinde in jus vocavit actor. In tonstrinam se contulit prope Hermarum porticum, quam Deceleenses frequentabant; Deceleenses autem se Pancleonem nosse negaverunt. Sed actor Pancleonem jam saepius esse accusatum apud Polemarchum certior factus etiam ad Polemarchum eum vocat (— §. 3.). Pancleo vero cum exceptione fori utetur (*παραγραφῇ* cf. Schoem. Proc. 647 sq. 628 sq.) actor adiit Euthycritum Plataeensium natu maximum et interrogavit, num quem nosset Hipparmodori filium, Pancleonem Deceleensem Hipparmodorum quidem ille se nosse respondet, sed non Hipparmodori filium. Ceteri quoque Pancleonem non noverunt atque suaserunt ut si quam accuratissime vellet doceri in forum casearium postremo mensis die veniret, quo Plataeenses se congregarent. Cum die stato perveniret, nemo quidem Pancleonem Plataeensem novit, sed unus ex iis sibi fuisse servum Pancleonem eumque effugisse affirmat. Paullo post, cum actor

Pancleonem a Nicomede in servitutem vindicari videt (cf. Meier. Proc. p. 395 sqq.), accedunt quidam Pancleonis amici atque fratrem ejus esse affirmant, qui eum in libertatem assertarus sit. Quam ob rem Nicomedes vadimonio praestito eum dimisit (— § 9.). Postridie Pancleo et de hac in libertatem assertione et de fori exceptione defendi debebat; sed neque frater aderat ad hanc rem neque alius quidem quisquam, sed femina suum Pancleonem esse servum contendens. Quae dum cum Nicomede altercabatur, Pancleo a familiaribus abductus est Ex quibus satis apparet, multum abesse, ut Plataeensis sit, ut ne ingenuus quidem sit (cf. Boeckh. O. c. I, 405 sq. Meier Proc. 546.). Jam priore tempore Pancleo ab Aristodico quodam ad Polemarchum in jus vocatus erat, Pancleo vero cum *παραγραφήν* deferret, Aristodicus per *διαμαρτυρίαν* Pancleonem esse non Plataeensem (cf Schoem. Proc. p. 644. 689.) asseveravit Deinde Pancleo testem quidem pro actionis injustitia produxit, sed deseruit ipse Thebasque abiit. Quod videtur testimonium satis luculentum eum Plataeensem non esse. Hisce argumentis fretus actor Pancleonem quod ejus *παραγραφή* falsa sit impugnat. Titulus orationis, ex grammaticorum calamis exortus, legendus est: *κατὰ τῆς Παγκλέωνος παραγραφῆς*. Orationem habitam esse Franzius (ed. Lys. p. 251.) quidem statuit Ol. 95, 4, sed nequit tempus definiri.

---

24. *Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον.*

Harp. *Ἀδύνατοι· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας* (*οἱ μὲν φασιν ἑκάστης* Cod. E), *ἢ ὀβολόν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ· ὡς δὲ Φιλόχορός φησιν ἐννέα, δραχμὰς κατὰ μῆνα. ἔστι δὲ καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὡς ὀβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται.* — Suid. *Ἀνάπληρος, ὁ χωλός· ὁ καθ' ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει τινὶ τοῦ σώματος. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις ὀβολοῦ. „Καὶ τί κωλύει ὑμᾶς μὲν ὠφελεῖσθαι τῷ ὀβολῷ, ὡς ὑγιεῖς ὄντας· τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι ἐάσαντας ὡς ἀναπήρῳ* (partum accurate ex §. 13.)." — „*Ὁ δὲ δέσμιος ἐς μέσον παραγίνεται, ῥῖνα καὶ ωτα ἀνάπηρος παιγνίων τε γεγονὼς*

παραναλωμα" (neque nostrae orationis neque Lysiae omnino esse videntur haec verba). — Bekk. An. p. 345, 15 — 21: Ἀδύνατοι, οἱ μέρος τι βεβλαμμένοι τοῦ σώματος, ὡς μηδὲ ἐργάζεσθαι· οἳ καὶ ἐχορηγοῦντο τὰ πρὸς τὸ ζῆν παρὰ τῆς πόλεως, μισθοφορούντων αὐτῶν τῶν ἐντὸς τριῶν μνῶν περιουσίαν κεκτημένων, ἐδοκιμάζοντο δὲ οἱ ἀδύνατοι ὑπὸ τῆς τῶν φ' βουλῆς, καὶ ἐλάμβανον τῆς ἡμέρας, ὡς μὲν Λυσίας, ὀβολὸν ἕνα, ε'. Ἀριστοτέλης δὲ β' ἔφη.

Orationis titulus qualem Suidas exhibuit falsus est; neque qualis est apud Harpocr. recte se habet; sed scribendum foret ὑπὲρ τ. α. Inscriptio quae nunc est optima est neque Taylorus debebat scribere: πρὸς τὴν εἰσαγγ. περὶ τοῦ δίδοσθαι τῷ μὴ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. De egentium inopia publice levanda cf. Boeckh. O. c. I, 260 — 263, ubi lexicographorum locos correctos invenies, et Wachsmuth. antt. Gr. II, 1, 124. Civium pauperum, qui publice nutriebantur, unus fuit ille, qui orationem Lysiacam habuit. Accusatus est per εἰσαγγελίαν non ἀδύνατος esse, quod artem exerceret atque equitaret, ideoque beneficio publico privandus esse. Accusationem non fuisse εἰσαγγελίαν quam proprie vocamus, sed indicationem (μήνυσιν) Bremius statuit; atque omnino in oratione nulla est mentio εἰσαγγελίας; tamen habet litis formam. Neque oratio habita esse videtur in δοκιμασίᾳ. Εἰσαγγελίας autem actio non in gravioribus solum criminibus, sed in illis etiam levioribus deferendis erat, de quibus leges nullae extabant (cf. Schoem. de com. p. 197. Meier. Proc. p. 262.). Res dijudicatur in senatu; nam tum demum si senatus reum damnaverat neque ex sua auctoritate punire volebat, ad Heliastas res deferebatur, sicuti vidimus in or. adv. dardanarios. Nostra vero oratio in senatu habita est. Orator invidia adversario objecta falsas esse insimulationes probat. Patrem dicit sibi nihil reliquisse, matrem a se nutritam ante hos tres annos esse mortuam neque sibi liberos esse; artis quidem se peritum esse, sed non servum qui ipsum adjuvet se possidere, beneficium igitur publicum, de quo jam lis, unicum esse quaestum, quo exstincto se fame necatum iri. Neque se senem aegrumque illo beneficio, quo vel robustiores fruantur, priveat, petit ex judicibus, persuasi ab adversario, qui si ipse ἀντίδοσιν offerret decies choregiam tragoedis praestandam offerre quam semel ἀντίδοσιν accipere mallet (— §. 9.). Tum orator exponit, se non superbia, sed necessitate ductum interdum equitare; si enim dives esset, mula veheretur; pauperem vero

et duobus fulcris in itinere innixum non nisi longius proficiscatur se ad equos commodatos adscendere; duobus scipionibus quod utatur mehercule, quamvis ceteri uni innitantur, non robusti esse. Si validus esset, non archontatu excluderetur (cf. Boeckh. O. c. II, 44. Schoem. de comitt. p. 312. Hermann. progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 35.). Deinde (§. 15.) tertium crimen se esse insolentem violentumque a se avertere studet orator; neque enim pauperum neque invalidorum nec senum esse vim aliis inferre (— §. 18.). Denique actor accusaverat, in rei domum levium hominum turbam convenire; hoc vero reus probat sibi non esse opprobrium, opifices enim cuivis licere adire (— §. 20.). Omnibus igitur criminibus gravioribus refutatis, levioribus autem praetermissis atque vita sua quam legitima semper fuerit exposita orator judicibus ne beneficium sibi subtrahant supplicat (— §. 27.). — Oratio faceta est atque orator quamvis corpore invalidus tamen mente validus ac sanus est; qua ex causa Boeckhius V. Cl. (Oec. civ. I, 261.) statuit eam exercitationem esse. Contra quem verum ἀγῶνα esse putant Schoemannus (de com. p. 198.) et Bremius (prooem. ad h. or.), quibuscum me consentire confiteor. Athenienses enim monuit Boeckhius in egentibus adjuvandis non moroses fuisse, oratori igitur non ad querelas effugiendum fuit. Quamvis in aliis Lysiae orationibus gravitas vel potius tranquillitas elucet, tamen qui ubicunque τὸ ἑκάστῳ πρέπον elegit, hic quoque optime egisse videtur. Quo tempore oratio habita sit incertum est. Orator dicit se sub XXX virorum dominatu Athenis effugisse (§. 25.) quamquam sibi rempublicam capessere licitum fuerit; illo igitur tempore non senex pauper aegerque, sed post exulum reditum demum primo accepisse beneficium videtur. Inde vero jam multum temporis praeterlapsum (§. 22.) seque primo quum nondum senex fuerit publice donatum esse testatur (§. 8.). Oratio igitur multis annis post Euclidem archontem habita esse videtur, ex Franzii (ed. Lys. p. 251.) sententia Ol. 96, 4.

---

25. Δήμου καταλύσεως ἀπολογία.

Hanc orationem in δοκιμασίᾳ in Heliastarum judicio habitam esse Meierus (Proc. p. 208.) conjecit. Quae sententia mihi verisimillima esse videtur. Oratio enim quamquam in fine

mutila est, ex fine autem causa plerumque dilucide potest cognosci, ut igitur de nostra oratione accurata sententia vix dici possit, tamen nonnulla sunt quae Meieri sententiam fa-veant. *Δήμου* enim *κατάλυσις* (cf. Meier. p. 343.) plerumque morte, certe gravissima poena puniebatur. Qui vero nostram orationem habet, de tanta poena nihil loquitur, sed se nihil nisi *δίκην διδόναι* periclitari dicit (§. 32.) atque accuratius §. 3.: *ὑμέτερον δὲ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἐξ ἴσου τῆς πολιτείας μεταδιδόναι*; id quod indicare videtur, senatum crimen accusatoris qui erat magistratus designatus tanti aestimasse, ut dijudicandum Heliastis tradiderit. Quod autem majoris est momenti, in causis *δήμου καταλύσεως* actio erat solennis *εἰσαγγελία*, cujus nulla in oratione mentio est facta. Itaque qui orationem habet magistratus videtur electus, sed in examine ab adversariis accusatus esse quod rempublicam evertisset. Remanserat enim ille sub XXX virorum dominatu in urbe ideoque populo certe erat suspectus. Quod vero crimen reus hac oratione a se avertere studet. Primum igitur accusatores aggreditur. „Istorum, ait, opprobria falsa sunt; non omnes enim qui in urbe remanserant, illi accusant neque omnia quae XXX viri perpetravere facinora mihi objiciunt; accusant eos qui nihil peccarunt; hos vero eorum loco qui peccaverant, punire vos dedecet" (— §. 6.). Hoc prooemio praemisso orator se defendit: „Omnes, ait, illam reipublicae formam habent optimam, quae sibi ipsis maxime prosit; qua ex causa respublica a CD viris usque ad reditum exulum Phyleeusium toties mutata est. Itaque qui in democratia *ἄτιμοι* vel alio modo inhoneste tractati erant, civitatem conati sunt mutare; qui vero populo nihil mali, multum boni attulerunt, iis gratia nec criminatio est reddenda (— §. 12.)". Tum orator qualem et populo et paucis dominantibus se gesserit, enarrat: „Sub populi dominatu nihil calamitatum sum expertus, quinque trierarchias, multas *εἰσφοράς*, alias liturgias praestiti, in quattuor pugnis navalibus dimicavi; sub XXX virorum vero dominatu, quia popularis videbar, omnibus meis opibus sum privatus, nullo munere functus, qua ex re mentiri accusatores apparet (— §. 14.). Illoque tempore civium ne unum quidem vexavi neque aliquid boni amicis praebui, quos tum lubricum erat adjuvare, neque aliquem in civium tabulas inserui neque arbiter civium ullum condemnavi; a nemine denique ut absolverem pecuniam accepi. Itaque si ne in oligarchia quidem peccavi, nunc certe bonis civibus ut adnumerer studebo (— §. 17.). Non illi hostes sunt putandi, qui sub XXXviris nec vexati sunt neque aufugerunt, sed ii,

qui populum graviter offenderant (§. 18.). Triginta viri quia dum populus rempublicam gubernabat crebro falsis accusationibus erant usi ac pecuniis corrupti, universum populum vexarunt; illis quidem judices succensebatis; nunc vero idem quod ipsi passi graviter tulistis, justum habere aliis inferentes vos dedecet (— §. 20.)". Deinde ex concordia in republica jam omnia pendere orator explicat: „Trigintaviris dominantibus tum demum cum cives in urbe inter se esse discordes certiores essetis facti, animo viguistis, concordiam igitur hoc quoque tempore conservetis neque discordia neque fide sycophantis habita exulum fiduciam augeatis (— §. 24.). Quadringentis viris munere abrogatis Epigenes, Demophanes, Clisthenes sycophantae se ipsos locupletantes civitatem civibus insontibus falso accusatis damnatisque in summum discrimen adduxerunt, vos vero exules excepistis, ἀτίμοις omnia civium jura reddidistis, aliis de concordia tuenda jurajuranda dedistis; per sycophantas enim populi dominatio evertitur (— §. 27.). Concordiam saepius insigniores exulum Phyleensium nobis commendarunt; cum e contrario hi sycophantae discordiam suadeant, ex pauperibus divites facti, nullius muneris rationes reddentes, pro pace bellum excitantes, nobis fidem Graecorum eripientes neque omnino a XXX viris diversi. Illi igitur qui peccaverunt poenas sunt expertes, qui vero sycophantas non auro corruperunt, accusantur (— §. 32.). Ejusmodi homines pessimi ex periculis exulum Phyleensium praetexta nequitiarum suarum sumunt; alios autem quominus reipublicae bene faciant impediunt; ne occultant quidem suam agendi rationem, sed pudet istos non improbos haberi. Nos autem quamquam jurajuranda observamus, si calamitatum auctores videmus poenas luere ignoscimus; si vos illos qui non peccarunt punietis quasi peccaverint, eodem judicio nos omnes" — Oratio h. l. mutila est *) eoque magis hoc detrimentum est dolendum quo splendidiorem quam hanc ipsam vix invenies orationem Lysiae. Dilucida enim est in omnibus partibus; pauca tantum hanc ob rem mihi sunt addenda. Quis reus fuerit nescimus. Accusatores videntur fuisse sycophantae quos vocat Epigenes, Demophanes et Clisthenes; pro Epigene Meierus (de bon. damn. p. 177.) conjecit Epi-

*) Verba ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες κ. τ. λ. (§. 34) usque ad v. τῇ αὐτῇ ψήφῳ παντας ἡμᾶς εἰς ὑπο (sic) cum oratione sequente connectit eaque conjungit hoc modo: εἰς ὑπο ἄλλος ἡγούμενος. ἀκριβῆ νῦν κ. τ. λ. bibl. Laur. plut. 74. cod. 12. teste Bandinio cat. bibl. Laur. t. III. p. 101. Male.

eratem esse scribendum eumque eundem in quem extat Lysiae oratio; de Demophane nihil comperi nisi eum cum Elpagora oratione Isaei (cf. Westerm. hist. eloq. Gr. p. 294.) accusatum esse. Clisthenes est Sibyrtii filius, de quo cf. Arist. Acharn. 118. Eq. 1374. Nub. 353. Av. 831 etc. Fritzsch. quaest. Arist. I. p. 279. Quando oratio sit habita incertum est; tamen Franzii (ed. Lys. p. 252.) sententia scriptam eam esse Ol. 96, 1. a veritate non abhorrere videtur. Certe ante Ol. 96, 2. scripta est; orator enim saepius (§. 6, 20, 24.) de viris post anarchiam exulibus, nullo vero loco de bello quod geratur loquitur.

---

26. Περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας.

Cum Leodamas quidam sorte archon creatus examine instituto per Thrasybulum, ut videtur, Colyttensem (cf. Arist. rhet. II. 26.) cecidisset, in ejus locum Evander quidam creatus erat, quem archontem Regem fuisse designatum et priores putaverunt atque etiamnunc Heffterus (Gerichtsverf. p. 100. 192.). Hanc vero opinionem satis refutavit Schoemannus (de com. p. 325. cf. Meier. Proc. p. 208.), cujus argumentis accedit, quod orator dicit §. 8. πότερον εὐσεβέστερον τὸν βασιλέα καὶ etc., quomodo si de Rege examinando fuisset consultatio, orator non potuisset loqui. Evander examen metuens thesmothetis (cf. Schoem. l. l.) ut differrent in penultimum anni diem persuasit (§. 7. cf. Schoem. de com. p. 324. Meier. Proc. p. 153.). Sed adversarius extitit juvenis, qui post XXX viros expulsos inter viros demum receptus erat, atque Evandrum accusavit, quod sub XXX viris inter equites stipendia meruerit (§. 10.) multosque civium vel interfecerit vel patria expulerit (§. 2, 10, 12, 13.). Simul omnia argumenta quibus Evandem defendi possit refellit, primum Evandrum liturgias quidem praestitisse, has vero propter scelera quae perpetraverit nihili esse aestimandas (§. 4.), tum in democratia quidem tranquillum eum fuisse, sed hujus rei non ipsum esse auctorem, sed eos qui illum coercuerint, in oligarchia vero ubi ex arbitrio agere eidem fuerit licitum injustissima quaeque eum perfecisse; deinde ne juribusjurandis nitatur quae inter exules Phyleenses eosque qui in urbe remanserint valeant; ad eos solos illa pertinere, qui in oligarchia populo faverint posteaque exulum in gratiam redierint; denique autem Evandrum ut judicibus per-

suadeat ne se rejiciant, prolaturum esse, si ipse caderet non tempus futurum esse alius archontis creandi atque hoc modo fore, ut sacra patria rite peragi nequirent (§. 16.); sed quod archontis designati loco Rex ceterique archontes sacra agerent esse melius quam quod Evander hoc munere fungeretur. — Hanc orationem esse habitam Ol. 95, 2. statuit Kruegerus (ad Clint. p. 99.), Ol. 96, 1. Franzius (ed. Lys. p. 252.). Utraque sententia est incerta. Qui archon Ol. 99, 3. fuit Evander, reus fortasse fuerit. Quod si verum est sequitur et accusationem nihil valuisse et Thrasybulum significari Colyttensem. Ipsa autem oratio nulla argumenta praebet. Evander an etiam aliis locis commemoretur nescio; de homine quodam ejusdem nominis, qui fortasse idem fuit tradit historiam Demosthenes (in Mid. p. 571.). Actor de se nonnulla enarrat §. 21. 22.

27. Κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν ἐπίλογος.

Epicrates qui hac oratione accusatur, juvenis jam propter ingentem quam alebat barbam ab Aristophane irridebatur et σακεσφόρος vocabatur (cf. Eccl. 71. Ran. 866. Epp. Socr. 13. Meinek. q. s. II. 23. Wachsmuth. ant. Gr. I, 2, 163.). Postea quidem non excelluit, sed quia inter exules Phyleenses fuit, a Demosthene tanquam ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει laudatur. A Timocrate illum et Cephalum auro corruptos esse quod tradit Pausan. III, 9, 4. (cf. Wachsmuth. I, 2, 233.), in nostra oratione §. 3. (cf. §. 16.) significari Franzius videtur putare. Quod vix credibile est. Tithraustis enim pecuniis bellum Boeoticum conflatum est atque Athenae creverunt neque auri a Timocrate accepti Epicratem accusare jure poterant. Quid vero est quod orator dicit, Epicratem jam prius δωροδοκίας accusatum esse? Epicrates legatus est missus ad Persarum regem teste Plutarcho (Pelop. 30.): Ἀλλ᾽ ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδοκία μάλιστα παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους· Ἐπικράτους γοῦν ποτὲ τοῦ σακεσφόρου, μήτ᾽ ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψήφισμά τε γράφειν φάσκοντος, ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονεῖσθαι κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος. Demosthenes vero (de fals. leg. p. 430. 431.) enarrat, Epicratem capitis esse damnatum atque

in exilium effugisse. Num uterque unam eandemque rem respexerit? Hoc statuit Wachsmuthius (a. g. I, 2, 281.); mihi vero vix est probabile. Plutarchus enim l. l. Timagoram, qui Ol. 103½ ab Atheniensibus eodem tempore quo Pelopidas a Thebanis ad Artaxerxem erat legatus, tradit capitis esse damnatum „εἰ μὲν ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν, ὀρθῶς καὶ δικαίως"; causam autem damnationis veram fuisse quod Pelopidas plus Timagora apud regem effecerit; tum breviter addit historiam de Epicrate, ut probet δωροδοκίας Athenienses non solitos esse punire. Quid? Plutarchus ut sententiam suam affirmet exemplum attulerit, quod illi fuit contrarium? Wachsmuthius dirimere quidem studet rem, sed Demosthenes dicit, illos viros esse condemnatos καταψευδομένους τῶν συμμάχων καὶ δῶρα λαμβάνοντας. Itaque bis Epicratem legatum fuisse statuerim neque alio modo quae Lysias dicit: τούτου δὲ ἀποψηφίσασθαι explicare scio. De Epicrate peculiarem commentationem se scripturum esse Meierus jamdudum promisit (de bon. damn. p. 177.), quam nondum prodiisse valde doleo. Quare ipse nodum explicare studui nostramque orationem in alia causa ac illa quam Plutarchus attingit habitam esse puto. Nostra oratio est ἐπίλογος, cujus primariam quoque orationem Lysias scripsisse videtur; ad eam enim retulerim quae Bekk. Anecd. p. 103, 11. habent: Καταδιῶξαι· Λυσίας κατὰ Ἐπικράτους; quae enim extat oratio non mutila esse videtur. Qui deuterologiam habuit, praesertim Epicratem ejusque collegas accusavit quod pecunias publicas surripuerint; alia commemoraverat qui primariam habuerat orationem. Quae omnia bene cum Demosthenis verbis congruunt; falsae legationis omnino sunt accusati. Orationem esse habitam Ol. 97, 1. statuit Franzius (ed. Lys. p. 252.); ex oratione ipsa nihil colliges.

---

28. Κατὰ Ἐργοκλέους ἐπίλογος.

Ergocles fuerat inter exules Phyleenses (§. 12.). Quos cum Thrasybulus reliquis civibus praetulisse videatur in imperio Ergocles quamquam alio modo excelluisse non videtur, amicus intimus Thrasybuli factus erat eique cum Teleutiam debellaturus cum quadraginta navibus mitteretur, collega additus. Sed si adversarii orationi fides habenda est, male se gesserant. Accusati enim sunt perduellionis (πόλεις προ-

dolosis §. 1. 11.), peculatus (κλέπτων καὶ δωροδοκῶν §. 3.), repetundarum (§. 17. Ἁλικαρνασσεῖς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ὑπὸ τούτων ἠδικημένοι) per εἰσαγγελίαν (cf. Schoem. de com. p. 194. Meier. de bon. damn. p. 194.). Quum rationes pecuniarum publicarum reddere juberentur, Ergocles Thrasybulo persuasit, ut Byzantium caperet et Seuthae filiam in matrimonium duceret; quod factum est, ut accusationes sycophantarum delerent. Hoc ipso tempore mortuus est Thrasybulus atque jam Ergocles solus in judicio stetit. In quo habita est nostra oratio quae quamquam ἐπίλογος tamen pulcherrima mihi adscribenda videtur. Thrasybulum quidem acerbe orator impugnat, sed grato animo confitetur, eundem eximie reipublicae bene fecisse atque divinitus esse factum, ut hoc ipso tempore sit mortuus. Ergoclem vero omni vi oratoria aggreditur. Enumerat quae peccaverit, quam malum consilium dederit Thrasybulo, auditores ne auro neve verbis Ergoclis se inter exules fuisse corrumpantur admonet, sed ut justam poenam petant. Oratio statim post Thrasybuli mortem habita est sub finem a. 3. Ol. 97. Gravissima lis intendita est Ergocli, accusatores enim non solum extiterunt inter cives Athenienses, sed etiam Halicarnassenses aliique socii Athenas venerant, ut repetundarum crimina in Ergoclem proferrent. Accusationi punitio par fuit. Tria quidem talenta Ergocles largitus est, ut oratores ipsum defenderent; sed illi non ausi sunt nihilque egerunt. Populus εἰσαγγελίαν accepit. Res ad judices venit; quorum ipsorum quingentos ex Piraeo et mille sexcentos ex urbe corruperat. Attamen capitis est condemnatus ejusque bona publicata (cf. Lys. adv. Philocr. §. 2.). Quod bene perspexit Schneiderus ad Xen. H. IV, 8, 24; paullo vero post addit sui immemor: „magna pecunia multatum fuisse Ergoclem, discimus ex Demosthene"; quod si Demosthenes dixisset, Lysias et Demosthenes inter se pugnarent. Sed verbis Demosthenis (de fals. leg. p. 398): ὅσοι διὰ ταῦτ' ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν, οἱ δὲ χρήματα πάμπολλ' ὠφλήκασιν, οὐ χαλεπὸν δεῖξαι, Ἐργόφιλος, Κηφισόδοτος, Τιμόμαχος, τὸ παλαιόν ποτε Ἐργοκλῆς, Διονύσιος, ἄλλοι — nihil potius inesse, quod nos doceat, Ergoclem a Demosthene non ad τοὺς μέν, sed ad τοὺς δὲ relatum esse optime monuit Meierus (de bon. d. p. 194 sqq.). Hinc falsa quae addit Schneiderus: „cum multa irrogata ei ex opibus multo minoribus non posset redigi, quaestione instituta accusatus est a Lysia Philocrates"; cum deberet dicere: „cum publicata Ergoclis bona omnium spe minora essent, Philocrates quod multa surri-

puerit ex bonis publicatis accusatus est." Ad hanc accusationem pertinet oratio proxime sequens.

29. Κατὰ Φιλοκράτους ἐπίλογος.

Philocrates Ephialtae filius, Iphicratis frater (quem ipsum liti de Hermis mutilatis institutae fuisse implicitum summo jure mihi videtur conjecisse Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 35.) paullo antea auxilium decem navium triremium cum peltastis Euagorae submissum duxerat (Xen. H. IV, 8, 24., ubi lectionem vulgatam Meierum voluisse mutare supra [p. 93.] vidimus); quas naves intercepit Teleutias, adversus quem Thrasybulus missus est. Thrasybulus deinde et Ergocles accusati sunt; Ergoclis bona publicata quum omnium spé minora essent, quia Ergocles quod trigiuta talenta surripuerit accusatus erat, in suspicionem bonorum Ergoclis occultorum (cf. Boeckh. O. c. I, 426. Meier. Proc. 257. 259.) venit Philocrates, qui Ergoclis fuerat quaestor et amicus (cf. Boeckh. I. 195. Meier. d. b. d. p. 194. 213.). Quod crimen ut a se averteret, Ergoclis inimicum se fuisse simulavit Philocrates, ab oratoribus tria talenta quae ab Ergocle acceperant, minis redegit (§. 6.) atque testes produxit, inter se et Ergoclem summam discordiam extitisse (§. 7.). Multos etiam argento corrupit, qui se accusaturos esse comminati erat. Orator igitur noster dicit: *ὁ ἀγὼν ἐρημότερος γεγένηται ἢ ἐγὼ προσεδόκων, πολλοὶ γὰρ ἦσαν οἱ ἀπειλοῦντες καὶ οἱ φάσκοντες Φιλοκράτους κατηγορήσειν· ὧν οὐδεὶς νυνὶ φαίνεται.* Quibus ex verbis apparere videtur, nostram orationem non esse *ἐπίλογον*; sed tam brevis est, ut inde non suspicer eam primariam esse. Orationem esse habitam sub initium a. 4. Ol. 97. crediderim. Philocrates legatus missus esse ad Lacedaemonios dicitur a Demosthene (adv. Aristocr. p. 659.); quo tempore hoc sit factum, mihi incertum est. Ceterum cf. frgm. 129.

30. Κατὰ Νικομάχου γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορία.

Harp. *ἐπιβολὴ ἡ ζημία — παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Νικομαχίδου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος.* Legitur v. *ἐπιβολή* in nostra or. §. 3. atque in eadem §. 11. *Νικόμαχος* vocatur

Νικομαχίδης; primitivum enim et patronymicum nomen in eadem persona saepius obtinent (cf. Hemsterh. ad Lucian. Tim. §. 44. n. 31. et quos citat Schoemannus ad Is. p. 344, qui recte Foertschii explanationem, exemplis similibus non probatam, respuit). — Nicomacho post expulsos Quadringentos munus Solonis leges recognoscendi (ἀναγράφειν) traditum erat ea condicione ut quattuor mensibus rem persolveret; sed iste pro IV mensibus per sex annos munus obtinuit (§. 2.). Cum autem videatur usque ad Athenas a Lysandro Ol. 93, 4. (vere a. 404.) captas hoc magistratu functus esse (§. 3.), paucis mensibus post Quadringentos ejectos id accepit, quod scelestissime ad arbitrium suaeque solum avaritiae serviens administravit (§. 10 sqq. cf. Schoem. Proc. 660), ita ut magistratus poenam ad eo repeterent (§. 3.). Attamen cum XXXviri imperium usurpassent in exilium ejectus (§. 15.), illis expulsis rediit (§. 16.). Libertate recuperata Tisamenus (de quo cf. Droysen. ad Arist. Acharn. 603.) suasit, ut antiquae Solonis leges recenserentur atque populo probatae confirmataeque sub tutela Areopagitarum essent. Electi sunt nomothetae, quibus ut leges conscriberent uno mense, est mandatum (cf. And. de myst. §. 83. Schoem. de com. p. 270.). Ex eorum numero videtur Nicomachus fuisse; quare ab oratore non solum sicuti Tisamenus νομοθέτης (§. 28.) vocatur, sed etiam (§. 3.) id quod mandatum erat intra triginta dies perficere jussus esse dicitur. Nomothetae munus legum recognoscendarum dispartiti erant; Nicomachus id accepisse videtur, ut ea quae ad sacra spectarent renovaret (§. 17.). Hoc quoque munus summa cum licentia gessit; neque solum sumtus maximos in sacra fieri in summa pecuniae penuria jussit (cf. Boeckh. O. c. I, 227. II, 132. 127. Morell. ad Arist. Leptin. p. 173. ed. Grauert.), sed iterum magistratum suo arbitrio in IV annos prorogavit (§. 4.); neque unquam ejus rationem reddere voluit (§. 5.). Tandem ab eo, cui Lysias orationem conscripsit, in jus est vocatus; itaque nostra oratio habita est Ol. 95, 2. Aliam rationem Bremius, quocum fere concinunt Marklandus et Augerus, iniit, ex qua conjecit orationem habitam esse Ol. 94. post ejectos XXX viros atque quidem annuo minimum spatio praeterlapso; quid? quod Franzius (de Lys. p. 8.) eam Ol. 94, 1. conscriptam esse contendit. Reiskius a veritate non tantopere abhorret. Sed rationem, qua Bremius comparavit quae §. 2. de sex et §. 4. de quattuor annis per quos magistratum obtinuisse fertur reus, legimus, ne de Wachsmuthio dicam, qui (antt. Gr. I, 2, 269.) hanc differentiam prorsus praetermisit, luculenter

refutavit Bergkius (ad calc. Andoc. Schiller. p. 141 sqq.). Non enim solum verba ἐπειδὴ ἐκείνων — καὶ νῦν (§. 4.), quibus utrumque munus distinguitur (cf. §. 25. Krueger. ad Clint. p. 99.), obstant, sed etiam quae orator §. 22. profert, clare nos docent, post XXX viros ejectos munus reum administrasse (cf. Bergk. p. 144.). Nec mirum, oratorem in prius rei negotium accuratius inquirere; quod eo consilio tantum fieri, ne reus ex priore vita publica excusationem expromat, minime vero ut ipse inde accusationem instituat orator fatetur (§. 15.). Quare ad alterum solum magistratum quam scelestissime sit administratus demonstrandum testes producit (§. 20.). Bis igitur Nicomachus munere legum conscribendarum functus est; sed ad hanc rem non cum Bergkio (p. 145.) illa quoque retulerim quae orator §. 29. profert; verbum enim δὶς v. πολὺν χρόνον oppositum de duobus continuis annis (cf. Boeckh. O. c. I, 203.) intelligendum est neque apparet cur pluribus annis praeterlapsis eundem scribam iterum eidem magistratui assignari non licitum sit (cf. Heffter. Gerichtsverf. p. 33.). De priore Nicomachi vita Bergkius (p. 146.) doctissime multa exposuit. Lysias cum ipsum vocat δημόσιον (§. 6. 27.) rem amplificat; ipse inter φράτορας quamvis sero erat inscriptus (§. 2.), pater vero fuit δημόσιος (cf. Boeckh. O. c. I, 199. Bergk. p. 147. sq., cujus argumentatione Meieri [de bon. damn. p. 62.] et Bremii sententiae cadunt). Collegae Nicomachi in munere legum conscribendarum intra tempus justum id quod sibi erat impositum expleverant, ut ex And. de myst. §. 85. apparet. Itaque illa quae in nostra or. §. 29. leguntur τοὺς αὐτοὺς ἐᾶτε etc. non ad illos referenda, sed ex oratorum exaggerandi modo de Nicomacho solo (cf. §. 5.) explicanda sunt. — De actione certius quidquam dicere non ausim. Praesertim quidem ἀλογίου accusatur, qua de causa logistae ἡγεμονίαν δικαστηρίου habent (cf. Meier. Proc. p. 361 sqq.), aliis vero locis καταλύσεως τοῦ δήμου arguitur (§. 30. 35.), quod crimen thesmothetae judicandum curant; Heliastae judicant. Titulum orationis a grammaticis esse corruptum notavit Meierus (Proc. p. 214.).

---

31. Κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας.

Philo Acharnensis quidam (§. 16.) a XXX viris urbe expulsus aliquamdiu in agro vivebat; quum exules Phylenses

in Piraceum convenirent, opibus suis coactis Oropum (Oropus illo tempore Atheniensibus non erat subjecta (cf. Hermann. antt. Gr. §. 117.) se contulit ibique inquilinus neque exulum neque adversariorum partes quamvis validus secutus est neque alteros armis pecuniisve adjuvit, sed agros pervagans civibus pauperibus invalidisque omnia quae ipsis erant spoliabat (§. 8 — 19.); in privata quoque improbus erat vita, ita ut mater nullam ei fidem habens apud Antiphanem queudam deponeret tres minas (cf. Boeckh. O. c. I. 126.), ut ipsam sepeliendam curaret (§. 20 — 23.). Attamen Philo non solum Athenas reverti, sed senator sorte electus examen sustinere ausus est (§. 2.). Quam ob rem a senatore quodam in examine ipso in senatu accusatur. Actor igitur postquam se non odium privatum satiaturum, sed ut jurijurando senatorio obsequatur prodiisse est professus collegasque adhortatus ut si quid scelerum Philonis ipse praetermisisset explerent (§. 5.), sententiam enuntiat, omnes qui ibi patriam esse ubi bene sibi sit contendant suum commodum patriae praeferre (— §. 7. cf. Muret. varr. lectt. II, 3.); ex hisce esse Philonem, qui quomodo hanc sententiam tota vita et privata et publica probaverit deinde exponit (§. 8 — 23.). „Fortasse, pergit orator, ad ea quae in posterum acturus sit provocabit, sed beneficiorum praeteritorum, non futurorum gratia est reddenda; iste si crearetur, vel boni cives civitati officia servare desisterent. Quicunque stationem vel navem vel castrum, ubi cives sunt, prodidit, morte et bonorum publicatione et sepultura in patria negata punitur (cf. Meier. de bon. damn. p. 11.); quam ob rem Philo minimum in servitutem redigi meretur. Ejusmodi sceleri quod ex lege non poena imposita sit ne obtendat; tale enim facinus posse committi mente prospici nequivit; levissima poena foret *ἀτιμία* (— §. 29.). Nec fieri potest ut qui urbem nihili habuerit bonum quidquam civitati suadeat (— §. 32.). Ii vero qui nunc pro eo supplicabunt, prius eum ut reipublicae prodesset rogarent oportuit; se ipse enim honore quem nunc desiderat, privavit". — Actio qua Philonem aggredi potuit orator simillima est ei qua Leocratem persecutus est Lycurgus; Philo aeque ac Leocrates *γραφαῖς λειποταξίου, προδοσίας, δήμου καταλύσεως, γονέων κακώσεως* in judicium potuit vocari; cum igitur singularis lex de omnibus his facinoribus non extaret, reus per *εἰσαγγελίαν* erat accusandus (§. 27.). Solo eos qui in seditionibus alterutrius partis non essent, ignominia notaverat; sed quia *ἀμνηστείαν* verisimile est non solum inter cives *ἐκ Πειραιῶς* ex altera parte atque cives *ἐξ ἄστεος* ex altera

valuisse, sed ad omnes qui illo fere tempore non ἀτιμίᾳ fuerint notati pertinuisse, illa lege orator non utitur; sed ut proditionis poena legitima Philoni imponenda in ἀτιμίαν mutetur postulat. Senatus in hac actione dijudicanda erat judicium; actori autem unam tantum orationem habere licebat (§. 16.). De Philone nihil nisi ex nostra oratione comperi. Philonem quendam post XXX viros expulsos falsae legationis esse accusatum, sed solutum commemoravit Isocrates (c. Callim. c. 11.), is vero est ἐκ Κοίλης; alius Κυδαθήναιος athlotheta legitur in inscr. (ap. Boeckh. O. c. II, 165.); alius est Aeschinis oratoris affinis (Dem. de cor. §. 234.); alius P. ὁ Αἰξονεύς (Dem. c. Polycl. p. 1221.). Orationem nostram scriptam esse Ol. 94, 4. Kruegerus (ad Clint. p. 97.), Ol. 96, 1. Franzius (ed. Lys. p. 252.) conjecerunt; equidem alteram sententiam alteri praeferre non ausim.

---

32. Κατὰ Διογείτονος.

Oratio haec a veteribus laudibus summis effertur atque a Dionysio et Photio ejus partes accuratissime exponuntur. Ἔστι δὲ ὁ λόγος, inquit Dionysius (vit. Lys. §. 22.), ἐκ τῶν ἐπιτροπικῶν ἐπιγραφόμενος κατὰ Διογείτονος· ὑπόθεσιν δὲ ἔχων τοίανδε· Διόδοτος κ. τ. λ.; hypothesi enarrata prooemium εἰ μὲν μὴ μεγάλα κ. τ. λ., narrationem ἀδελφοὶ ἦσαν ὦ ἄνδρες δικασταὶ κ. τ. λ., expositionem fidei qua dignus sit actor (πρῶτον μὲν οὖν τούτων ἀνάβητέ μοι μάρτυρες), indignus vero reus (ἀξιῶ τοίνυν ὦ ἄνδρες δικασταί), omnia virtutibus oratoriis referta esse probat. Θαυμάζονται μέντοιγε, ait Photius, αὐτοῦ (Λυσίου) ἄλλοι λόγοι καὶ δὴ καὶ ὁ πρὸς Διογείτονα ἐπιτροπῆς· πιθανήν τε γὰρ καὶ καθαρὰν τὴν διήγησιν ποιεῖται. Ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὰς αὐξήσεις καὶ τὰς δεινώσεις, ὅπερ πολλοὶ πάσχουσιν, ὑπάγεται κ. τ. λ. Dionysius et Photius omnia quae de hac oratione scripserunt exscribere piget, cum duas tresve paginas illorum verbis explerem. Argumentum laudat Maximus Planudes (schol. Herm. T. V. p. 546. W.): Διόδοτος Διογείτονος τοῦ ἀδελφοῦ θυγατέρα γήμας καὶ σχὼν ἐξ αὐτῆς παῖδας, ἐξιὼν ἐπὶ πόλεμον ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἐπίτροπον καταλιμπάνει τῶν παίδων τὸν ἀδελφόν, καὶ μαχόμενος ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ τὸν βίον. Ἀθηναίων δέ τις γήμας τὴν Διοδότου μὲν θυγατέρα, Διογείτονος δὲ

θυγατριδῆν, ἐγράψατο Διογείτονα κακῆς ἐπιτροπῆς τῶν παίδων, ῷ Λυσίας γέγραφε τὸν κατὰ Διογείτονος λόγον. Verba ἀδελφοὶ ἦσαν — ὁμοπάτριοι laudantur ab eodem (p. 381. Ald. T. V. p. 452. W., Cod. Ven. — ὁμομήτριοι). Non immerito tantopere haec oratio laudatur, venustissima enim est atque inprimis πιθανότητος Lysiacae exemplum; vehementer ideo dolendum quod in fine mutila est. Titulus a Dionysio laudatur, uti nunc legitur, κατὰ Διογείτονος; vituperandus autem est criticus Halicarnassensis quod in argumenti expositione scripsit: ἐγράψατο κακῆς ἐπιτροπῆς (cf. Moeris p. 143.). Photius inscripsit πρὸς Διογείτονα ἐπιτροπῆς; ἐπιτροπῆς recte se habet, sed πρὸς Δ. perversum est, ut ex argumento apparet; quod est hoc: Diodotus et Diogiton fratres germani res mobiles inter se partiti, immobilibus conjunctim usi sunt (cf. Meier. Proc. p. 378.). Diodoto, quum facultates suas mercatura multo auxisset, Diogiton filiam in matrimonium dedit, ex quo filia et duo filii geniti sunt. Postea Diodotus cum Thrasyllo stratego τῷ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν (cf. Boeckh. O. c. II, 178. Schoem. de com. p. 314. Meier. Proc. 105.) Ol. 92, 3. ut Samum proficisceretur conscriptus est. Tum fratri suo eidemque socero tutelam liberorum concessit (cf. Meier. Proc. p. 447.) atque apud eum deposuit quinque talenta et testamentum; praeterea foenore nautico probavit collocata sibi esse septem talenta et quadraginta minas, in Chersoneso debita duo millia drachmarum. Cum fratri demandasset, ut si quid ipsi accidisset, uxori talenti dotem (cf. Meier. Proc. p. 410. Boeckh. O. c. II, 49.) omniaque quae in aedibus essent daret, filiae autem talentum, uxori vero viginti minas et triginta stateras Cyzicenos reliquisset, abiit ac brevi post Ephesi mortuus est (cf. Diod. 13, 64.). Diogiton primum quidem filiam mortem celavit et testamentum obsignatum unde foenora nautica cognosceret surripuit. Brevi vero post morte nunciata honoribusque sepulcralibus confectis per annum in Piraeeo habitaverunt. Tum fratris viduam Hegemoni in matrimonium ac quinque milia drachmarum dotem dedit Diogiton, quae prima fuit fraus; talentum enim dotem dari voluerat Diodotus. Liberi Diodoti in urbem missi sunt indeque Diogiton tutelam scelestissime exercuit, ut omnia undecunque acciperet liberis ex secunda uxore procreatis corraderet (§. 17.). Neque enim liberorum domum elocavit neque agrum emit, quorum ex reditibus eos nutriret (cf. §. 23. Boeckh. O. c. I, 158. Meier. Proc. 295. 451.), sed cum trierarchiam eum Alexide praestaret (§. 24. cf. Boeckh. O. c. II, 87. 120.) ad eamque se

quadraginta octo minas dedisse contenderet, infantibus, quamquam pupilli trierarchia liberi sunt etiam per annum postquam sui juris facti sunt, dimidium expensum tulit; rationibus vero trierarchiae pensitatae comparatis deprehensus est nihil nisi viginti quattuor minas expendisse easdemque ab infantibus solvendas curasse (§. 26. 27.). Praeterea navem in mare Adriaticum navigantem duobus talentis oneravit liberorum periculo (§. 25. cf. Boeckh. O. c. I, 148. Meier. Proc. p. 451.); quum vero mercatura duplum reddidisset (cf. Boeckh. O. c. I, 65.), suas esse pecunias contendit. Porro trium liberorum ὄψον quotidie quinque obolis constitisse, calceamenta et impensas fullonicas tonsoriasque per octo annos pluris quam talento (§. 20. cf. Boeckh. O. c. I, 111. 125.) dixerat. Ex patris exsequiis quae ne viginti quinque quidem minis constiterant, 2500 drachmas, ad Dionysiaca agni pretii quod sedecim drachmas (cf. Boeckh. O. c. I, 83.) fuisse dixit, octo drachmas, ex aliis festis quadraginta minas, denique alia multa expensa fecit infantibus. Quibus omnibus non occultis, multis autem aliis incognitis, filius Diodoti natu major quum inter ephebos reciperetur, Diogiton (§. 9.) liberos domo ejecit nihilque nisi viginti minas et triginta stateras a patre esse relicta atque adhuc sua pecunia infantes se nutriisse mentitus est. Lacrimantes matrem adierunt; actore consulto Diogitoni ut res coram cognatis (§. 12.) ageretur vix persuaserunt. Ibi mater liberorum, filia Diogitonis, patrem ipsum argenti impiissime subducti accusavit; conjugem suum probavit quinque talenta reliquisse, testamentum a liberis repertum sibique traditum esse, Diogitonem centum minas foenori datas accepisse aliasque viginti minas multamque supellectilem; frumentum quotannis ex Chersoneso (cf. Boeckh. O. c. I, 85.) liberis mitti. Splendidis verbis femina depinxit omnia, ut qui affuerunt lacrimas effunderent (§. 18.); sed Diogiton in nequitia perseveravit atque liti implicari quam pecuniam reddere maluit (§. 2.); denique quidem (§. 28.) Diodotum septem talenta et quadraginta minas reliquisse concessit, quorum vero non nisi viginti minas et triginta stateras (§. 9.) superesse. — Litem fuisse γραφὴν ἐπιτροπῆς Boeckhius V. Cl. (O. c. I, 360.) statuit, sed Heffterus (Gerichtsv. p. 251.) et Meierus (Proc. p. 293.) δίκην ἐπιτροπῆς recte mihi videntur intellexisse. Γραφὴ enim ἐπιτροπῆς tum demum potuit institui, si liberi non erant sui juris, sed ex Diodoti liberis unus jam in suam tutelam pervenerat. Summum quidem periculum (τοὺς ἐσχάτους κινδύνους (§. 2.) Diogitoni imminere actor dicit: at in actione tu-

telae privata de reddenda tantum pecunia litigatum esse constat; quamobrem haec ex hyperbole oratoria dicta intelligenda sunt. Quamdiu tutela gerebatur, tamdiu ratio non reddebatur; in nostra vero oratione Diogiton (§. 19.) rationem reddidisse fertur. Ex hac quoque causa oratio nostra δίκη intelligenda est. Δίκη autem ἐπιτροπῆς a liberis ipsis tutela finita instituebatur. Accipiamus igitur actorem vel tanquam κύριον uxoris prodiisse simulque ejus fratrum nomine dixisse vel tanquam συνήγορον hanc δευτερολογίαν, ex Diodoti autem filiis natu majorem πρωτολογίαν brevem habuisse. Orationem esse habitam Ol. 96, 1. conjecit Franzius (ed. Lys. p. 252.); rectius vero Ol. 94, 4. statuerunt Kroegerus (ad Clint. p. 97.) et Westermannus. Ol. 92, 3. abiit Diodotus et paullo post mortuus est; per octo autem annos Diogiton tutor fuisse dicitur (cf. §§. 9, 20, 29.). Primum in amicorum concilio statim post tutelam finitam accusatus est, tum in Heliastarum judicio, quod paullo post esse factum non video cur possit negari. Franzium id videtur offendisse, quod filius natu minor nondum erat sui juris. Sed tum quum major Diodoti filius inter ephebos esset receptus Diogiton utrumque domo sua ejecit (§. 9.) itaque tutelam deposuit; major enim filius matura sua aetate ipsa tutor fratris factus est. Ol. igitur 94, 4. filius Diodoti major Diogitonem accusasse, δευτερολογίαν autem sororis maritus videtur habuisse. Qui ab initio dolorem declarat, quod agnatus reus sibi faciendus sit, sed Diogitonis culpam tantam esse, ut nihil sibi sit reticendum. Tum Diogitonis tutelam qualem exposui depingit atque fine tutorem ex talentis septem et minis quadraginta minimum sex talenta et viginti minas debere reddere (cf. Boeckh. O. c. I, 125.) probat. Diogiton Acharnensis ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν commemoratur in inscr. ex Ol. 95, 3. (ap. Boeckh. C. J. I. p. 231.); hic idem esse videtur qui in or. adv. Neaer. p. 1360 laudatur ideoque ex facili temporum computatione diversus a nostro Diogitone.

---

33. Ὀλυμπιακός.

Λόγος πανηγυρικὸς, ἐν ᾧ πείθει τοὺς Ἕλληνας ἀγομένης Ὀλυμπιάσι τῆς πανηγύρεως ἐκβάλλειν Διονύσιον τὸν τύραννον τῆς ἀρχῆς καὶ Σικελίαν ἐλευθερῶσαι, ἄρξασθαί τε τῆς ἔχθρας αὐτίκα μάλα, διαρπάσαντας τὴν

τοῦ τυράννου σκηνὴν χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ καὶ ἄλλῳ πλούτῳ πολλῷ κεκοσμημένην· ἔπεμψε γὰρ θεωροὺς εἰς τὴν πανήγυριν ὁ Διονύσιος ἄγοντας θυσίαν τῷ θεῷ· μεγαλοπρεπής τε καταγωγὴ τῶν θεωρῶν ἐγένετο ἐν τῷ τεμένει καὶ πολυτελὴς, ἵνα θαυμασθείη μᾶλλον ὁ τύραννος ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος· ταύτην λαβὼν τὴν ὑπόθεσιν τοιαύτην πεποίηται τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου· Ἄλλων κ. τ. λ. (Dion. Hal. Lys. 33.). — Rem narrant et Olympiacum laudant Diodorus XIV, 109. et Plutarchus (vit. Lys. p. 326.). Neque ostentationis causa eum scriptum esse significat Hermogenes (de form. p. 146. 147. T. III. p. 395. W.): Ἰσοκράτους καὶ Λυσίου Ὀλυμπικοί τε καὶ Παναθηναϊκοὶ καὶ αὐτὸ τοῦτο πανηγυρικοὶ, κἂν ἐπιγράφονται οὕτω Πανηγυρικοὶ δῆλόν ἐστι ὡς ἄλλο τι βούλονται· μετρίως γάρ πως ἔχουσι τὸ πανηγυρικὸν καὶ ὅσον τάχα ἂν καὶ συμβουλή τις ἢ δικανικὸς λόγος δέξαιτο. Laudat Harp. v. Ἰόνιος· Λ. ἐν Ὀλυμπιακῷ. τὸν Ἀδρίαν καλούμενον οὕτως ὠνόμαζον ἐνίοτε οἱ παλαιοί. Errat autem Taylorus Olympiacum Theonem (I, 18.) respicere putans (cf. supr. p. 52.). Habita est oratio festis Olympicis a. 388. Ol. 98, 1., non Ol. 98, 2. (Franz. Lys. p. 252.).

---

34. Περὶ τοῦ μὴ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν Ἀθήνησι.

Plebe ex Piraeo reversa quum viri oligarchici ne ipsos denuo populus vexaret accusationibus timerent, Phormisius ad populi auctoritatem coercendam legem tulit ut nemini nisi agrorum possessoribus reipublicae gerundae participi esse liceret (cf. Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 268.). Quae si rata fuisset, quinque milia civium rebus publicis exclusa essent. Sed extitit in Phormisium adversarius, cui nostram orationem scripsisse Lysias fertur. Quae num habita sit jam Dionysius fuit incertus; qualis nobis est tradita, de illa re dijudicari nequit; nihil enim habemus nisi fragmentum a Dionysio servatum; fragmentum istud certe dubitationem non adjuvat. Legem Phormisii injustam et periculosam esse orator demonstrat inque ea re provocat ad Argivorum et Mantineensium exempla (cf. Clinton. f. H. p. 431 sq. 424. Kr.). Oratio conscripta est Ol. 94, 2.

---

35. Ἐρωτικός.

Lysiae Eroticus nobis servatus est in Platonis Phaedro, cujus argumentum accurate expositum invenimus a Gregorio Corinthio (ad Hermog. περὶ μεθ. δεινοτ. T. VII. p. 1162. W.), quod breviter attingit Philostratus (epp. VII. p. 918. Olear.): τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι Λυσίου δόξα· τὸ δὲ ἐρῶντι δοκεῖ Πλάτωνι· σὺ δὲ (Ἀθηναΐς) καὶ ἐρῶντι καὶ μὴ ἐρῶντι· τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδεὶς, Λαΐς δὲ, οἶμαι, ἐπῄνει. cf. Theon. II, 18. Maxim. Planud. ad Herm. form. p. 400. Ald. T. V. p. 513. W. Galen. de Hippocr. et Plat. phil. IX, 5. At in hoc festivo argumento Plato non subsistit, sed in eloquentiae naturam altius inquirit. Quod autem maxime ut orator observet postulat, hoc esse veritatem (cf. Haenisch. comm. de auctor. Amator. p. 17.) recte intellexit Scholiasta quidam Hermogenis (p. 120. Ald. T. IV. p. 297. W.), sicuti in aliis quoque dialogis idem statuit. Haec est summa, quam ex posteriore dialogi parte colligimus quaeque omnes illius temporis oratores insectatur. In priore vero parte Lysiam solum impugnat; Socrates ab initio Lysiae sententiam „τῷ μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι δεῖ" ironice comprobat atque quae idem sentiat orationem amatoriam habet. Jam vero Lysiae sermonem perplexum ac plane membrorum junctura destitutum exprobrat; ethicum orationis Lysiacae argumentum praetermittens dictionem impugnat (cf. Plut. de audiend. c. 13. Lucian. de domo §. 4. Diogen. Laert. III, 25. Fronton. de laudd. fumi et pulveris p. 256. Procl. ad Parmen. p. 23. Cousin.), neque oratiunculam vilem et humilem esse negari potest. (Accuratius hoc exposuit Haenischius in comment. edit. Amatorii suae praemissa). Quare Taylorus ad illum sophistam quem finxit, eam pertinere contendit; illum vero orationis apud Platonem non auctorem esse posse, sed si nostrum negliges quoniam tempora obstent, tertium esse fingendum optime Spengelius (συναγ. p. 132.) statuit. Dicas fortasse Taylori sententiam Lysiam nostrum non esse auctorem, loco Joannis Siciliotae (schol. ad. Herm. form. T. VI. p. 324.) defendi, quem hic apponem: Οἱ παλαιοὶ γυμνάζοντες ἑαυτοὺς παλαιαῖς ὑποθέσεσιν ἐξήσκουν τὴν τέχνην. διὸ καὶ μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν τοὺς ἐρωτικοὺς ἐμελέτων λόγους, ὁποίους ἄν τις φαίη πρὸς τὸν ἐρώμενον. καὶ οὐκ ἀμαθὴς ὁ ἔρως ἦν ἀπό γε τῆς τοῦ Πλάτωνος δόξης, ὅπου γε μηδὲ γυναικὶ συνῴκησε καὶ τοῦ Δημοσθένους μιᾷ ἀρκεσθέντος, ἀλλὰ σώφρων καὶ ἀπαθής. φέρονται

ουν λόγοι τῆς ῥητορικῆς ἰδέας, τοῦ τε Πλάτωνος καὶ τοῦ Δημοσθένους· ὁ μέντοι Λυσίας πρὸς γυναῖκας ἦν ἐρωτικὸς, οἱ πρὸς τὴν ἐναντίαν μοῖραν καὶ βδελυκτήν· διὸ μετὰ τὸν Ὅμηρον πρῶτος ἐρωτικῶν λόγων δημιουργός ἐστιν ἐν πεζῷ λόγῳ· χρῆται δὲ τῇ περὶ τοῦτον τὸν λόγον οἰκονομίᾳ ἀτάκτῳ καὶ ἀναρμόστῳ. καίτοι καλὰς ἔχων ἐννοίας καὶ τὴν ἄλλην ὕλην αἷς καὶ Πλάτων χρῆται, ὡς ὁ λόγος δείκνυσι, ταῖς αὐταῖς, μετὰ πολλῆς δὲ τῆς ἁρμονίας καὶ ἀκριβῶς. Sed scriptor Lysiae vitam et orationes negligenter confudit et verba: Λυσίας πρὸς γυναῖκας ἦν ἐρωτικὸς κ. τ. λ. ad ejus vitam tantum referenda sunt. Multi inter veteres scriptores nostrum Lysiam esse intelligendum auctorem orationis apud Platonem testantur (cf. Haenisch. comm. I. Epp. Socr. 27.). Ex hac ipsa, ut dicam, rixa inter Platonem et Lysiam exorta Dionysii Halicarnassensis impetus explicandus est, quo in Platonem irruit. Non enim solum Platonis orationem multo inferiorem esse quam Demosthenis affirmat (ep. ad Cn. Pomp. §. 1.), sed etiam ejus elocutionis simplicem quidem partem et facilem contendit esse et suavem, illam vero quae ad loquacitatem (περιττολογίαν) feratur, obscuram fieri, latam, verbis novatis instructam, ineptam quoque et rugosam (ep. ad Cn. Pomp. §. 2. de comp. verb. c. 25. p. 208. de Demosth. dic. vi §. 23.) atque hoc judicium ad Phaedrum ipsum referendum esse (ad Cn. Pomp. §. 2.); summopere certe Platonem peccasse quod Lysiam perstrinxerit atque honoris solummodo et aemulationis studio perductum contra Lysiam orationes eum scripsisse. Neque Dionysius solus talia de Platone judicavit, sed etiam Caecilium eadem sensisse Longinus (de subl. 32, 8.) testatur, neque Longino credendum est, Caecilium odio Platonis majore quam Lysiae amore imbutum atque opinione Lysiae orationem esse omni peccato liberam (ἀναμάρθητον et καθαράν) infectum fuisse, quia supra (p. 39.) docuimus, accuratam censuram egisse Caecilium; Longinum vero sublime dicendi genus amasse, subtile a Lysia tractatum despexisse (cf. I, 4. et diss. crit. de Longin. p. CXXI. ed. Weisk.) nunquam obliviscamur; neque Dionysium caeco Platonem odio habuisse, plures loci testantur (cf. de Dinarch. §. 8. p. 645. ep. ad Cn. Pomp. p. 751.). Omnino tenendum est, Phaedrum primum esse opus a Platone conscriptum (Ol. 93, 2.) ideoque a Platonis priore sentiendi modo etiamnunc poetico quodam colore ornatum. Tum autem si in quaestionem subtilius inquiremus, et Platonem et Lysiam excusandum esse intelligemus. Plato enim ex industria ut oratio-

nis Lysiacae jejunitatem ostendat, Socratis orationem maxime illo loco, ubi de animae itineribus loquitur, exornavit, id quod et ipse declaravit p. 257. A.: αὕτη σοι, ὦ φίλε Ἔρως, εἰς ἡμετέραν δύναμιν ὅτι καλλίστη καὶ ἀρίστη δέδοταί τε καὶ ἐκτέτισται παλινῳδία, τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμένη ποιητικοῖς τισι διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι, et Aristoteles (rhet. III, 7.): διὸ καὶ τῇ ποιήσει ἥρμοσεν· ἔνθεον γὰρ ἡ ποίησις· ἢ δὴ οὕτω δεῖ ἢ μετ' εἰρωνείας, ὅπερ Γοργίας ἐποίει καὶ τὰ ἐν τῷ Φαίδρῳ. Sed non mirum est Platonem malum judicium de Lysia tulisse. Illo enim tempore Lysias Thuriis modo reverterat neque judiciales orationes hucusque scripserat; leviora vero orationum genera, ut epistolica, amatoria, alia quae nulla adhibita cura (μετὰ παιδιᾶς) composuerat, minoris erant, ut Dionysius ipse fatetur, momenti; quare immerito critici veteres falsi judicii Platonem accusaverunt. Sed quo minus Lysiae auctoritas Platonis judicio diminuta videatur, hoc tenendum est, ne orationem quidem esse Lysiae quem Plato servavit Eroticum. Spengelius et Franzius eodem tempore (utriusque libri a. 1828. prodierunt) contenderunt, λόγον ἐρωτικόν epistolam esse ad amatum conscriptam, in qua judicanda non eaedem leges quibus justam orationem metimur, adhibendae sint. Spengelius quomodo haec sententia et oratione ipsa optime firmetur et testimoniis M. Cornelii Frontonis, Hermiae Scholiastae, Photii, Suidae, tam praeclare exposuit, ut equidem in ejus auctoritate acquiescam, illa vero quae Haenischius (p. 30 sqq.) Lysiae objecit cadant (cf. etiam Westermann. quaestt. Demosth. II. p. 54.). Phaedrus Myrrhinusius Pythoclis f. quum Socrati obviam venit, Lysiae recentem λόγον ἐρωτικόν secum fert; neque igitur est quare eum Ol. 93, 2. scriptum esse negemus. Eundem Phaedrum, mutam personam agentem, reperimus in Platonis Protagora, ubi Hippiam de signis coelestibus colloquentem audire dicitur (p. 315. b.) eundemque in Plat. symp. et ap. Lysiam ipsum in or. de Arist. bon. §. 15. Qui plura de eo cupit discere adeat Theod. Bergkii diss. ad calc. Andoc. Schiller. p. 132 sqq. et Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 34. Ceterum Clitophon dialogus Pseudo-Platonicus idem fere initium eodemque modo Lysiam memoratum habet, ac Phaedrus, sed ad Platonis libros de republica est referendus (cf. Synesii Dion. p. 57. ed. Petav.).

Pars IV.

Orationum Lysiae deperditarum fragmenta.

1. *Κατ᾽ Αἰσχίνου περὶ τῆς δημεύσεως τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων.*

„*Ἐπειδὴ τοίνυν τοὺς Χύτρους ὁ Δημάρατος ἑάλω προδιδούς*". (Tayl., Bekker., Foertsch., Franz. 1., Westerm. 36.).

Ex Harp. v. *Χύτροι*, ubi additur: *πόλις ἔστιν ἐν Κύπρῳ οὕτω καλουμένη, καθά φησι Ξεναγόρας ἐν ταῖς Νήσοις*, ad quae verba cf. Maussac. p. 247. ed. Lips. — De hoc fragmento disseruit Meierus de bon. damn. p. 103 sq.: Nicophemum et Aristophanem proditionis damnatos esse videri, cum actor or. de Aristoph. bon. §. 7. ne sepulturam quidem iis commissam dicat; sepulturam enim perduellibus tantum et sacrilegis negari. Qualis haec fuerit proditio, verisimiliter nos esse scituros si haec or. adv. Aesch. de Arist. bon. publ. ad nostram pervenisset aetatem; in Cypro enim quum res gestae Nicophemi et Aristophanis postremae potissimum continerentur, in illa oratione accuratius de ipsius proditionis natura disputatum esse vero videri simillimum. Fortasse, pergit Meierus, proditionis crimen Aristophani intendebatur, cum decem naves ab Atheniensibus Euagorae auxilio missae a Teleutia Lacedaemonio captae essent. Quod quidem mihi non probabile esse videri, supra (p. 93.) dixi; ceteris vero Meieri verbis nihil

habeo quod addam. De Aeschine nihil mihi notum est; neque ille est unus ex XXXviris (Xen. H. II, 3, 2.) a collegis cum Aristotele Spartam legatus (Xen. H. II, 3, 13.), neque de Selli filio viro populari (Arist. Av. 823. Vesp. 338. 459. 1220. 1267.) cogitandum esse videtur; majori jure intelligas Aeschinem Lusiensem (Is. de Apoll. hered. §. 18.).

2. *Πρὸς Αἰσχίνην βλάβης.* (Westerm. 37.)

„Οὗτος ἐμοὶ βλάβης δεδίκασται". —

Ex Bekk. An. 132, 23: *δικάζω, ἀντὶ τοῦ ἐγκαλῶ, δοτικῇ· καὶ ἐπὶ τοῦ κρίνειν· Λυσίας κ. τ. λ.*

De actione *βλάβης*, quam plerumque thesmothetae judicandam curabant, cf. Meier. Proc. p. 475 sqq. Hoc esse fragmentum or. contra Aesch. Socrat. Westermannus putat; quod equidem nullo modo concesserim. Nam si eaedem essent oratt., nomini Aeschinis haud dubie nota Socratici addita esset; tum autem actiones *βλάβης* multiplicis sunt generis atque etiamsi ad pecuniam creditam repetendam spectant (cf. Meier. Proc. p. 511. 638.), tamen ab actione *χρέους* diversae esse videntur.

3. *Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν.* (Tayl. 2 — 6, Bekk., Foertsch., Franz. 2., Westerm. 37.).

De hac oratione nuper disseruit Welckerus V. Cl. (in Museo Rhen. a. 1834. p. 391 — 410.) atque nonnulla fragmenta, ab editoribus Lysiae et a Westermanno confusa, distinxit. Quae tota disputatio mihi tam probata est, ut eam in hac fragmentorum collectione sim secutus. Distinguo igitur

A. *Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέως*).*

De ipsa actione cf. Meier. Proc. p. 498. 510. 523. Orationis vero nostrae magnum fragmentum servavit Athenaeus (XIII. p 611. D. sqq.): *Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν καλουμένων φιλοσόφων ἀφιλοσοφώτερον. Τίς γὰρ ἤλπισεν Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν τοιοῦτον γεγενῆσθαι τοὺς τρόπους, ὁποῖόν φησι Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων λόγοις; ὃν ἐκ τῶν φερομένων ὡς αὐτοῦ διαλόγων θαυμάζομεν ὡς ἐπιεικῆ κ. τ. λ. Ἀλλ' ὅ γε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφο-*

*) *Χρέως* legendum esse demonstravit Lobeckius (ad Phryn. p. 391.).

μένῳ λόγῳ οὑτωσὶ „πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέως" — ἀπομνημονεύσω δ' ἐγὼ, εἰ καὶ πολλά ἐστι τὰ λεχθέντα, διὰ τὸν βρένθον ὑμῶν τὸν πολὺν, ὦ φιλόσοφοι — ἄρχεται δ' οὕτως ὁ ῥήτωρ.

„Οὐκ ἄν ποτ' ᾠήθην, ἄνδρες δικασταὶ, Αἰσχίνην τολμῆσαι οὕτως αἰσχρὰν δίκην δικάσασθαι, νομίζων οὐκ ἂν ῥαδίως αὐτὸν ἑτέραν ταύτης συκοφαντωδεστέραν ἐξευρεῖν. οὗτος γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὀφείλων ἀργύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς Σωσινόμῳ *) τῷ τραπεζίτῃ καὶ Ἀριστογείτονι προσελθὼν πρὸς ἐμὲ ἐδεῖτο μὴ περιιδεῖν αὐτὸν διὰ τοὺς τόκους ἐκ τῶν ὄντων ἐκπεσόντα. κατασκευάζομαι δὲ, ἔφη, τέχνην μυρεψικήν· ἀφορμῆς δὲ δέομαι, καὶ οἴσω δέ σοι ἐννέα ὀβολοὺς τῆς μνᾶς τόκους".

Καλόν γε τὸ τέλος τῆς εὐδαιμονίας τῷ φιλοσόφῳ ἡ μυρεψικὴ τέχνη, ἀκόλουθός τε τῇ Σωκράτους φιλοσοφίᾳ, ἀνδρὸς τοῦ καὶ τοιαύτην χρῆσιν τῶν μύρων ἀποδοκιμάσαντος· Σόλωνος δὲ τοῦ νομοθέτου οὐδ' ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ τοιαύτης προΐστασθαι τέχνης κ. τ. λ. Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ ῥήτωρ τάδε λέγει·

„Πεισθεὶς δ' ὑπ' αὐτοῦ τοιαῦτα λέγοντος, καὶ ἅμα οἰόμενος, τοῦτον Αἰσχίνην Σωκράτους γεγονέναι μαθητὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς πολλοὺς καὶ σεμνοὺς λέγοντα λόγους οὐκ ἂν ποτε ἐπιχειρῆσαι οὐδὲ τολμῆσαι, ἅπερ οἱ πονηρότατοι καὶ ἀδικώτατοι ἄνθρωποι ἐπιχειροῦσι πράττειν".

Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος ὡς ἐδανείσατο, ὡς οὔτε τόκους οὔτε ἀρχαῖον ἀπεδίδου, καὶ ὅτι ὑπερήμερος ἐγένετο γνώμῃ δικαστηρίου ἐρήμην καταδικασθεὶς, καὶ ὡς ἠνεχυράσθη οἰκέτης αὐτοῦ στιγματίας καὶ πολλὰ ἄλλα κατειπὼν αὐτοῦ ἐπιλέγει ταῦτα·

„Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ εἰς ἐμὲ μόνον τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς αὐτῷ κεχρημένους. οὐχ οἱ μὲν κάπηλοι οἱ ἐγγὺς οἰκοῦντες, παρ' ὧν προπόσεις λαμβάνων οὐκ ἀποδίδωσι, δικάζονται αὐτῷ συγκλείσαντες τὰ καπηλεῖα; οἱ δὲ γείτονες οὕτως ὑπ' αὐτοῦ δεινὰ πάσχουσιν, ὥστ' ἐκλιπόντες τὰς αὐτῶν οἰκίας ἑτέρας πόρρω μισθοῦνται. ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς οὐ κατατίθησιν, ἀλλὰ περὶ τοῖτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στήλην διαφθείρονται. Τοσοῦτοι δὲ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἅμα τῇ η-

*) sic A., Σωσίμῳ P. V. L. cf. Dem. pro Phorm. p. 959.

μέρα ἀπαιτήσοντες τὰ ὀφειλόμενα ἔρχονται ὥστε οἴεσθαι τοὺς παριόντας ἐπ' ἐκφορὰν αὐτοὺς ἥκειν τούτου τεθνεῶτος. οὕτω δ' οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ διάκεινται, ὥστε πολὺ ἀσφαλέστερον εἶναι δοκεῖν εἰς τὸν Ἀδρίαν πλεῖν ἢ τούτῳ συμβάλλειν. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἃ ἂν δανείσηται αὑτοῦ νομίζει εἶναι ἢ ἃ ὁ πατὴρ αὐτῷ κατέλιπεν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τὴν οὐσίαν κέκτηται Ἑρμαίου τοῦ μυροπώλου, τὴν γυναῖκα διαφθείρας ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονυῖαν; ἧς ἐρᾶν προσποιησάμενος οὕτω διέθηκεν, ὥστε τὸν μὲν ἄνδρα αὐτῆς καὶ τοὺς υἱοὺς πτωχοὺς ἐποίησεν, αὑτὸν δὲ ἀντὶ καπήλου μυροπώλην ἀπέδειξεν· οὕτως ἐρωτικῶς τὸ κόριον μετεχειρίζετο τῆς ἡλικίας αὐτῆς ἀπολαύων, ἧς ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι [ὅσου ἐλάττους ἦσαν] ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες. ὁ μὲν οὖν βίος τοῦ σοφιστοῦ τοιοῦτος".

Ὁ μὲν οὖν Λυσίας οὕτως.

Ad eandem orationem pertinet illud de anu dictum, quod Demetrius de eloc. §. 128. 262. servavit: „Ἧς ῥᾷον ἄν τις ἀριθμήσειε τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς δακτύλους, et: „Ὅσας ἄξιος ἦν λαβεῖν πληγάς, τοσαύτας εἴληχε δραχμάς"; ap. Suid. Ῥᾷόν τις τοὺς ὀδόντας ἠρίθμησεν (ἂν) ἢ τοὺς δακτύλους. Ἐπὶ γερόντων. (cf. Phot. p. 483, 21. Pors.), deinde verba: ἄστικτον χωρίον, quae Harpocratio Lysiae esse in oratione πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν contendit, τὸ μὴ ὑποκείμενον δανειστῇ explicans; eamque attingit Aristides (or. 46. p. 407. Dind.): Οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ καὶ πάλιν Αἰσχίνην;

Si fragmentum illud ex Athenaeo exprompţum respicimus, quae errorem quidem chronologicum aut juridicum sapiant non reperimus; usuras enim quae memorantur ternas scilicet centesimas Athenis saepius esse expetitas Boeckhius (O. c. I, 135. 144.) docuit, ἀφορμὴν autem et ἄστικτον χωρίον propria in re usuraria esse verba ex Harp., Suid., Etym. M., Bekk. Anecd. (455, 20), aliis discimus. Si hoc igitur solum respicies, quin oratio genuina sit non dubitabis, neque dubitarunt editores Lysiae et Athenaei nec Luzacius (de digam. Socr. p. 116). Sed Welckerus optimo jure mihi statuisse videtur, istam vitam, quam reo objicit actor, philosophum peregisse vero dissimillimum esse; quae vero testimonia veterum de Aeschinis vita V. D. collegit, equidem repetam non est necesse. Aeschinem unguenta fabricando victum quaesivisse quamvis non sit cur eum hoc potuisse negotium agere negemus (cf. Boeckh. O. c. I, 49.), tamen a veterum nullo alio nisi ab hujus ora-

tionis auctore traditur. Quibus vero relictis illa quae de philosophi vinolentia dicuntur, tam ridicula sunt atque tantopere ab ejus severitate, quam omnes scriptores testantur, abhorrent, ut non possim quin haec non esse ficta a Lysia, sed a posterioris temporis rhetore Welckero concedam. Nec profecto cum Demetrio consentio, qui istam de rei cum anu amoribus narratiunculam *ἀστεϊσμοὺς οὐδὲν διαφέροντας σκωμμάτων οὐδὲ πόῤῥω γελωτοποιΐας* habet. Tales historias ne comici quidem poetae in philosophos contulerunt, fabula vero hic exposita imitationem loci cujusdam in Aristophanis Pluto magnopere redolet. Aeschines orationes quoque scripsisse et Lysiam in dialogo qui Telauges est inscriptus impugnasse traditur. Lysiam a rhetoribus summi esse aestimatum supra exposui; vel Platonem quia in ejus eloquentiam impetum fecerat, Dionysius et Caecilius acerbo odio sunt persecuti. Eo verimilius, etiamsi illa de Aeschinis sententiis ethicis dicta, quae sophistam indicant, praetermittam, mihi videtur esse, alios rhetores ut Lysiam contra Aeschinis tela defenderent, hunc ut futilem hominem depingerent studuisse. Qua ex contentione haec oratio exorta est. Aeschinis paupertas multas ejusmodi fabulas fingendi copias praebet. Veluti philosophus quia *ὑπὲρ χρημάτων* in Siciliam ad Dionysium tyrannum migrasse fertur (Philostr. vit. Apoll. I, 35.), rhetorum unus eum ob aes alienum Athenis fugisse fabulam poterat conformare. Itaque hanc totam orationem non a Lysia scriptam esse credamus. Minime vero negandum est, odium quoddam inter Lysiam et Aeschinem extitisse et Lysiam in Aeschinem aliam orationem composuisse. Haec erat

B. *Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν περὶ συκοφαντίας.*

Quam laudat Diogenes Laertius (II.) et ex eadem verbum *Ἀσπασία* citat Harpocratio, cujus verba recte restituit Maussacus. Utrum ex hac an ex illa de aere alieno composita v. *καταπλήξ* i. e. *ὁ συνεχῶς πεπληγμένος* citet Harpocratio, incertum est. Aeschines dialogum *Ἀσπασία* composuerat (de quo cf. Welcker. l. l. p. 406 sqq.), in quo Aspasiam cum Lysicle demagogo consuetudinem habuisse (cf. Plut. Pericl. 24. Harp. v. *Ἀσπασία*), feminas Jonicas meretricio more vivere narraverat (cf. Athen. V. p. 220.); Aspasiam ergo conviciis consectatus est. Quare Lysias illam videtur defendisse; *λόγος πρὸς Αἰσχ.* qui laudatur *λόγος ἐρωτικός* atque jocosa videtur fuisse actio *κακηγορίας*, non *συκοφαν-*

τίας (cf. Schoem. de com. 232. Meier. Proc. p. 335.). Miror Taylorum hunc *λόγον* cum or. in Aeschinem de bon. Arist. publicat. confudisse (ad Lys. de Arist. bon. p. 618. §. 10.); rectius Aldobrandinus, Stanleius, Meursius, Menagius, Maussacus eandem quam modo *πρὸς Ἀ. τὸν Σωκρ. χρέως* vocavi, esse putaverunt (cf. Meier. Proc. 244.); sed utraque oratio distinguenda est. Diogenes quidem Laert. orationem *κατ᾽ Αἰσχ.* vocat, Harpocratio vero *πρὸς Αἰσχ.*, sed in hujusce vilis generis oratt. subtilitas juridica non observatur.

4. *Πρὸς Ἀλεξίδημον, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 7, Westerm. 38.)

„*Δατεῖσθαι*".

Ex Harp. v. *Δατεῖσθαι, τὸ μερίζεσθαι. οἱ δὲ δατηταὶ οἱονεὶ μερισταί. τὸ δὲ εἰς δατητῶν αἵρεσιν εἶδός τι δίκης ἐστίν. ὁπότε γὰρ κοινωνοῖέν τινες ἀλλήλοις καὶ οἱ μὲν βούλοιντο διανέμεσθαι τὰ κοινά, οἱ δὲ μή, ἐδικάζοντο οἱ βουλόμενοι τοῖς μὴ βουλομένοις, προσκαλούμενοι εἰς δατητῶν αἵρεσιν. Λυσίας* etc. Eadem Phavor. v. *δατεῖσθαι.* Idem fere habent Cramer. Anecd. Oxon. II. p. 482, 5. Lysiae nomine addito, titulo autem orationis omisso, s. v. *Διαιτηταί*; de cujus cum v. *δατηταί* confusione cf. Meier. Proc. p. 378. De Alexidemo nihil comperi. Etiam qualis causa fuerit, in qua haec oratio sit habita, incertum est. *Δατηταὶ* erant judices in judiciis divisoriis (cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 69. Meier. Proc. p. 377 sqq.), quae ad hereditates plerumque spectabant; judices igitur ab archonte electi. Apud eos de causis pari modo ac apud diaetetas publicos, ex quibus electos eos putat Meierus, quaesitum esse videtur. Apud hos autem orationes esse habitas Hudtwalckerus (p. 81.) negavit; quod si de datetis quoque intelligi licet, *λόγος πρὸς Ἀλεξ.* non coram datetis, sed in judicio est habitus.

5. *Πρὸς Ἀλκιβιάδην, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 8. 9., Bekk. 3., Foertsch. et Franz. 3 — 4, Westerm. 39.)

„*Ναυτοδίκαι*" [Harp. *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην, εἰ γνήσιος ὁ λόγος κ. τ. λ.*]. — „*Λευκὴ ἀκτή*" [Harp. *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην· πλειόνων οὐσῶν Λευκῶν, ὡς Δημήτριος ὁ Μάγνης δηλοῖ, ἔοικε τῆς ἐν Προποντίδι μνημονεύειν ὁ ῥήτωρ νῦν*; Phot. p. 217, 3. et Suid. „*Λευκὴ ἀκτή*" *Πλειόνων οὐσῶν Λευκῶν Λυσίας*

τῆς — μνημονεύει]. — Harp. Παρακαταβολὴ καὶ παρακαταβάλλειν κ. τ. λ. περὶ μὲν οὖν τῶν δημοσίων πολλαχοῦ εἴρηται τῷ Λυσίᾳ, ὥσπερ ἔν τε τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην περὶ οἰκίας. — Suid. Αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῦ ὑποπτεύειν, καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ βεβαίως εἰδέναι· Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην φησίν· „Οἶμαι μὲν τοίνυν καὶ ἐκεῖνο ὑμᾶς αἰσθάνεσθαι, ὅτι Ἀρχεβιάδης οὐκ ἄλλο τι ἐζήτει κομίσασθαι, ἀλλὰ τῶν ἐμῶν ἠμφισβήτει". Eadem Phavor. v. αἰσθάνεσθαι. Zonaras v. Αἰσθέσθαι titulum or. omisit. Bekk. An. 359, 11: τὸ αἰσθάνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ εἰδέναι τι ἔταξαν. οὕτως Ἀντιφῶν· καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποπτεύειν, ὡς Λυσίας. — Athen. XII, p. 534. f. sq.: Λυσίας δὲ ὁ ῥήτωρ περὶ τῆς τρυφῆς αὐτοῦ [i. e. Ἀλκιβιάδου] λέγων φησίν· „Ἐκπλεύσαντες γὰρ κοινῇ Ἀξίοχος καὶ Ἀλκιβιάδης εἰς Ἑλλήσποντον ἔγημαν ἐν Ἀβύδῳ δύο ὄντε Μεδοντιάδα τὴν Ἀβυδηνὴν καὶ ξυνῳκείτην. ἔπειτα αὐτοῖν γίνεται θυγάτηρ, ἣν οὐκ ἔφαντο δύνασθαι γνῶναι ὁποτέρου εἴη. ἐπεὶ δὲ ἦν ἀνδρὸς ὡραία, ξυνεκοιμῶντο καὶ ταύτῃ· καὶ εἰ μὲν χρῷτο καὶ ἔχοι Ἀλκιβιάδης, Ἀξιόχου ἔφασκεν εἶναι θυγατέρα, εἰ δὲ Ἀξίοχος, Ἀλκιβιάδου". cf Athen. XIII. 574. d.: ὑπὸ τῆς Ἄγιδος ἀγαπώμενος (Ἀλκιβιάδης) γυναικὸς ἐπὶ τὰς τῶν ἑταιρίδων θύρας ἐκώμαζεν, ἀπολιπὼν τὰς Λακαίνας καὶ τὰς Ἀττικάς. Μεδοντίδος γοῦν τῆς Ἀβυδηνῆς ἐξ ἀκοῆς ἐρασθεὶς ἔστερξε καὶ πλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον σὺν Ἀξιόχῳ, ὃς ἦν αὐτοῦ τῆς ὥρας ἐραστής, ὥς φησι Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ, καὶ ταύτης ἐκοινώνησεν αὐτῷ.

Hanc orationem non confundendam esse cum or. Lys. κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου apparet; v. quidem λευκὴ ἀκτή eodem sensu in or. κατ' Ἀλκ. §. 27. legitur, quam ob rem fortasse Harpocratio in titulo orationis afferendo erravit, etsi vox in utraque oratione extare potuit. Valesius (ad Harp. p. 205. s. p. 356. ed. Lips.) oratt. πρὸς Ἀλκ. et κατὰ Ἀλκ. distingui videtur noluisse; nam s. v. Ναυτοδίκαι legendum esse statuit πρὸς Ἀρχεβιάδην. Cum Westermanno Harpocrationis verba v. παρακαταβολή ad hanc orationem pertinere puto; nam vox περὶ οἰκίας est additamentum ex argumento depromptum, quale in forensi orationum titulo inscribi non solet. Quod si statuimus, Alcibiades aut ex bonis publicatis cujusdam domum quondam sibi vindicaverat aut auctor orationis de bono quodam ex bonis publicatis contra aerarium litem instituit, in qua Alcibiades ὁ ἀπογράφων fuerat. Haec

sunt verba Meieri (de bon. damn. p. 223. cf. Proc. p. 492. Boeckh. O. c. I, 386.). Alcibiades quem orator impugnat, junior est, ut ex chronologia vitae Lysiae apparet. Indicem bonorum publicandorum plerumque accusator faciebat; nonnumquam quoque amicus aliquis accusatoris (cf. Meier. de bon. damn. p. 203 sq.). Archebiades et Alcibiades quorum amicitia ex or. adv. Alcib. λειποταξ. §. 27. nota est, etiam illum qui hanc or. habuit, conjunctim persecuti sunt. Fragmentum quod servavit Athenaeus quin ex nostra oratione sit non est cur dubitemus; nam verba quidem ex Antiphontis oratione adv. Alcibiadem λοιδορίας sumta esse (cf. Athen. XII. 525. b.) facillime credideris, sed mores Alcibiadis etiam in oratione adv. ejus filium esse depictos jam vidimus. Lysias igitur suo jure in oratione de domo contra filium patris mores ut gentem cunctam esse nequam probaret exposuit. Fragmentum alterum ex Athenaeo quod exscripsi ex oratione dicitur depromptum κατ' Ἀλκιβιάδου, sed quia easdem quas prius continet res, scriptor ille in titulo significando non accurate videtur egisse. Taylorus igitur et Westermannus etiam quae Athenaeus IX. p. 408. a. servavit: Ἀττικοὶ δὲ [τὸ χέρνιβον] χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου, λέγων οὕτως „Τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις", quae verba etiam Eustathius attingit (ad. Odyss. α, 137. p. 1401, 10.): Ὃ δὲ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ χέρνιβόν φαμεν, Ἀττικοὶ χερνίβιόν φασιν. Λυσίας „χρυσοῖς χερνιβίοις", nostrae orationis esse conjecerunt; sed haec verba Andocidi reddenda esse videntur, qui in or. κατ' Ἀλκιβιάδου ea habet. Lexicographi ubi de orationibus quae ad Alcibiadem Cliniae vel filium spectant loquuntur saepius indiligenter disputant; de nullo enim homine opinor tam multum et in orationibus forensibus et in exercitationibus declamatum esse, quam de Alcibiade. Axiochus Cliniae frater levis homo esse videtur aeque ac Alcibiades; etiam liti de mysteriis profanatis implicitus est ab Agaristo delatus (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 37.). Insanias amatorias ab Athenaeo uterque post consuetudinem cum Agidis uxore ab Alcibiade dimissam exercuisse dicitur; quod vero falsum est, si alia quae Athenaeus enarrat, vera sunt; iter igitur Abydum susceptum esse ante Niciae pacem apparet, libidinem autem cum amatae Abydenae filia c. Ol. 92, 3 — 93, 2. exercitam. Ceterum Abydenorum vita libidinosa fuit famosa (cf. Pamphil. ap. Athen. XIII. 572. e.). In oratione Lysiaca κατ' Ἀλκιβ. λειποτ. nihil de lite quam

de mancipio Alcibiades habuerit dicitur, quam ob rem post illam nostra oratio videtur scripta esse.

6. Πρὸς Ἀλκίβιον.
(Tayl. 10, Foertsch. et Franz. 5., Westerm. 39.)

Phot. p. 370, 26: Παλαιόν· οἱ ῥήτορες ἐχρήσαντο τῷ παλαιὸν ἐπὶ ἀργυρίου ἐκ δανείσματος ὀφειλομένου· οὕτως Λ. ἐν τῷ πρὸς Ἀλκίβιον· „Καί τοι εἰ ἀποδεδώκει τῷ Κτησικλεῖ τὰς ν' παλαιάς, ὥσπερ οὗτός φησι."
Ex Photio habet Suidas v. Παλαιόν, ubi B. C. habent Ἀλκιβίδιον et mox ἀπεδώκει; C. Ἀλκύβιον; Vales. ad Harp. p. 351. (p. 516. ed. Lips.) legit πρὸς Ἀρχίβιον. Fabricius et Westermannus hanc orationem eandem esse cum praecedente putaverunt sine causa, quamquam confusio vocum Ἀλκίβιος et Ἀλκιβιάδης obvenit (e. g. cf. Eudoc. p. 299. v. Μέναιχμος). Nescio quare Franzius orationi inscriptionem dederit κατ' Ἀλκιβίου; in Foertschii editione error typographicus est κατ' Ἀλκίβιον.

7. Περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 12., Westerm. 41.)

Theo II, 14: Ἤδη δέ τινα καὶ παρὰ ῥήτορσιν εἴρηται θετικὰ κεφάλαια καὶ δὴ καὶ ὅλοι λόγοι νομίζοιντ' ἂν σχεδὸν εἶναι θέσεως, ὡς ὅτε περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐπιγραφόμενος Λυσίου καὶ ὁ περὶ τῆς ἀμβλώσεως· — ἐν μὲν γὰρ θατέρῳ ζητεῖται, εἰ τὰ δοθέντα ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένῃ βεβαίως ἔχειν αὐτὴν δεῖ· — Λυσίου μὲν οὔ φασιν εἶναι τούτους τοὺς λόγους, ὅμως δὲ οὐκ ἀχάριστον τοῖς νέοις γυμνασίας ἕνεκα καὶ τούτοις ἐντυγχάνειν. Quo in Theonis loco in editionibus prioribus, sicuti in Cod. Med. legebatur βιαίως, quod sensu caret; ex marg. Vict. βεβαίως receperunt Finckhius et Walzius. — De ἀνακαλυπτηρίοις i. e. repotiis (ὀπτήρια Ἀττικῶς, ἀνακαλυπτήρια Ἑλληνικῶς Moeris p. 288.) cf. Harp., Hesych. v., Bekk. An. 200, 6. 390, 26. Intpp. ad Callim. Dian. 74, Meurs. exercc. crit. P. II. p. 184., Maussac. ad Harp. p. 44. (p. 92. Lips.), Wessel. ad Diod. V, 2., Toup. ad Longin. IV, 5. p. 250. Wsk. In oratione quaesitum est, num munera quae data sint a viro uxori cum primum nupta est propria certaque ipsius sint nec auferri inde possint neque ab ipso neque ab heredibus; id enim valet aliquid ἔχειν βεβαίως,

ita possidere, ut firma rataque possessio sit. cf. Victor. lectt. var. 27, 3. p. 774. ed. Argentor. Meier. Proc. p. 418. Spengelius (*συναγ.* p. 137.) orationem fuisse exercitationem suspicatur.

8. *Πρὸς Ἀνδοκίδην ἀποστασίου, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 13, Bekk. 4, Foertsch. et Franz. 6, Westerm. 42.).

Poll. VII, 14: *τὸ δὲ ἀνατιμᾶσθαι, καὶ τὸ τῷ πλέον δόντι θέλειν πιπράσκειν, πληστηριάζειν ἂν λέγοιτο, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀνδ. εἰπὼν „Οὐ τιμῆς τεταγμένης πωλοῦσιν, ἀλλ' ὡς ἂν δύναιντο**) *πλειστηριάσαντες πλεῖστου ἀπέδοντο".* Haec verba quamquam Pollux ex Isaei oratione citat, tamen ex Lysiaca esse videntur, quod statuerunt Taylorus, Bekkerus, Foertschius, Franzius, Westermannus, Meierus (de bon. dam. p. 35. not. 99.); nam vocem *πλειστηριάσαντας* (ap. Poll. vulgo *πληστηρ.* legitur) laudat Harpocr. *πλ., ἀντὶ τοῦ ὑπερβαλόντες ἐν τῇ τιμῇ τῶν πιπρασκομένων. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀνδοκίδην, εἰ γνήσιος.* Photius p. 433, 8., Suid. et Cramer. Anecd. Oxon. II. p. 498, 19: *πλειστηρ. κ. τ. λ. Λυσίας καὶ Πλάτων ὁ κωμικός.* cf. Hesych., Etym. M., Moschop., Bekk. An. 296, 17. Bachmann. An. I, 343, 29. Moeris p. 303. — Harp. *Ἐπίγυον, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀνδοκίδην ἀποστασίου, εἰ γνήσιος· τὰ πρυμνήσια ἐπίγυα ἔλεγον.* Qui liberti, ait Meierus (de bon. damn. p. 35.), diversum a manumissore *προστάτην* elegerant aut alio modo contra patrones ingratos se exhibuerant, contra hos dabatur actio *ἀποστασίου*, quae ut omnes actiones contra inquilinum ad jurisdictionem Polemarchi pertinebat; si liberti in judicio causam vicerant, tum nullum amplius intercedebat vinculum inter patronum et libertum suum, sed hic ordinem aliorum inquilinorum occupabat; convicti autem liberti in servitutem revocabantur, cujus? non liquet. cf. Meier. Proc. p. 473 sq. Heffter. Gerichtsv. p. 249; locis auctorum ibi enumeratis adde Bachmann. An. p. 376, 18,

9. *Κατ' Ἀνδροτίωνος* (Tayl. 14, Westerm. 43.)

Harpocr. *„Σηράγγιον", Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. χωρίον τι τοῦ Πειραιέως οὕτως ἐκαλεῖτο. μνημο-*

---

*) Pro *δύναιντο* vulg. *δύνανται.* v. Scheibe l. l. p. 57. et Franke in Actt. Antiq. Darmst. 1837. p. 268.

νεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς (fr. 18. Dind.). Serangium locus in Piraeo. cf. Schoem. ad Isae. p. 339. Apud Platonem (Protag. p. 315. b. Gorg. p. 93. c.) Andro quidam, Androtionis filius, auditor Hippiae dicitur; cujus Andronis filius (cf. Eudoc. p. 59.) videtur fuisse Androtio, Isocratis discipulus, quem accusavit Demosthenes; inter Isocrateos erat summa auctoritate atque in foro et dicendi usu vitam transegerat (cf. Dem. c. Andr. p. 594.) atque *ἀναιδὴς καὶ θρασὺς καὶ κλέπτης καὶ ὑπερήφανος* (p. 607.) vocatur; quum ab Demosthene accusaretur, aerario Minervae erat praefectus (cf. Boeckh. O. c. I, 176.) atque illo tempore jam per triginta annos reipublicae gerundae particeps fuisse dicitur. Quam ob rem eum esse suspiceris quem Lysias accusaret; sed Demosthenes addit, eum quamvis *ἱεροσυλίᾳ καὶ ἀσεβείᾳ καὶ κλοπῇ καὶ πᾶσι τοῖς δεινοτάτοις ἔνοχον* (p. 615.) usque ad illud tempus in judicium non vocatum fuisse (p. 611. 613.). Itaque de alio Androtione videtur cogitandum esse. De loco ceterum Apostolii quodam cf. infra frgm. 24.

10. *Κατ' Ἀντιγένους ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 11, Westerm. 40.)

Lexicon pone Porson. Phot. p. 669, 20: *Ἐπιτίμιον* (*τὴν* cf. Scheibe l. l. p. 53.) *κατὰ τῶν σιωπησάντων γραφήν· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀντιγένους ἀμβλώσεως· „σκέψασθε δὲ καὶ ὡς Ἀντιγένης πεποίηκεν· οὗτος γραψάμενος τὴν μητέρα ἡμῶν ἀξιοῖ λαβεῖν τὴν ἀδελφήν· καὶ ἀγωνίσασθαι μὲν ἵνα μὴ ἀποτίσῃ τὰς χιλίας δραχμὰς ἃς δεῖ ἀποτίνειν, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ γραψάμενος·" τὸ δ' αὐτό φησι καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου.* — Theo ubi de or. *περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων* (fr. 7.) loquitur post verba *βεβαίως ἔχειν αὐτὴν δεῖ* pergit: *ἐν θατέρῳ δὲ ζητεῖται, εἰ τὸ ἔτι ἐγκυούμενον ἄνθρωπός ἐστι καὶ εἰ ἀνεύθυνα τὰ τῶν ἀμβλώσεων ταῖς γυναιξί.* — Auctor prolegg. *στάσεων* ex cod. Monac. nro VIII. fol. 133. a. ap. Spengel. *συναγ.* p. 137. s. p. 218: *Ἡ μέντοι ζήτησις ἡ περὶ τῆς βλάβης πολιτική· ἐνταῦθα μέντοι δεῖ τὸν μελετῶντα τοῖς ἐπισταμένοις ἀνατιθέναι τὰς αἰτίας καὶ ὁ Λυσίας ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως κρίνων φόνου αἴτιον βιάζεται ζῶον τὸ βρέφος ἀποδεικνύναι καὶ πανταχοῦ φησὶν ὥσπερ οἱ ἰατροὶ καὶ αἱ μαῖαι ἀπεφήναντο.* — Sopater schol. ad Hermog. art. T. V. p. 3. W.: *ἔργα δὲ ῥήτορος, νόησις, εὕρεσις, διάθεσις· νόησις μὲν ὅτι δεῖ τρία ταῦτα*

νοῆσαι· πρῶτον μὲν, εἰ ἰατρικόν ἐστι τὸ ζήτημα· εἰσὶ γὰρ καὶ ἰατρικὰ καὶ φιλόσοφα ζητήματα· καὶ ἰατρικοῦ μὲν ζητήματος παράδειγμα, ὃ καὶ μεμέληται [μεμελέτηται?] τῷ Λυσίᾳ· εἰ ὁ ποιήσας ἐξαμβλῶσαι (Cod. ἐξαμβλῶναι) γυναῖκα φόνον ἐποίησεν· δεῖ γὰρ γνῶναι πρῶτον, εἰ ἔζη, πρὶν ἐτέχθη· ὅπερ φυσικῶν καὶ ἰατρικῶν ἐστίν. — Apostol. prov. II, 16: Ἀμφιδρομίαν ἄγεις· Τὴν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ νιψάμεναι τῆς μαιώσεως· τὸ δὲ βρέφος φέρουσι παρὰ τὴν ἑστίαν τρέχοντες καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας. Λέγεται ἐπὶ τῶν καθαιρομένων, καὶ Λυσίας ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως· ἡμέρα τις ἤγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος παρὰ τὴν ἑστίαν ἔτρεχον φέροντες καὶ παρὰ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον. Eadem habet Arsen. violet. p. 52 sq. — Harp. et Phavor. „ἀμφιδρόμια", Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος ὁ λόγος· ἡμέρα τις ἤγετο — ἐλάμβανον. — Harp. v. „θεμιστεύειν", ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν. Λ. ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος. Eadem habent Phot. p. 83, 11., Suid. et Etym. M. s. v. sine or. titulo. — Harp. v. ὑπόλογον. Λ. περὶ ἀμβλ. εἰ γνήσιος „οὐχ ὑπόλογον ὄντα", ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐν λόγῳ. Phot. p. 629, 5. et Suid. ὑπόλογον. Λ. φησίν· „οὐχ ὑπόλογον ὄντα". — Poll. II, 7: καὶ ἄμβλωσις, ὡς Λυσίας.

Quaerebatur apud veteres, utrum foetus qui in utero versetur homo sit necne. Alii enim negabant, alii asserebant. cf. Arist. polit. VII, 14, 10. Vales. ad annot. Mauss. ad Harp. p. 222. (422. ed. Lips.), Moncker. ad Antonin. Lib. p. 284. ed. Koch. Quibus ex opinionibus diversis diversa etiam erat sententia utrum abortus sit homicidium necne. Abortus autem vocatur ἄμβλωσις, ab Hippocrate plerumque ἀποφθορά (cf. Schol. Ar. Nub. 138. Intpp. ad Thom. Mag. v. ἐξαμβλῶσαι, ad Moer. p. 62. Foës. Oec. Hipp. s. v. Lob. ad Phryn. p. 208 sqq. Schoem. ad Isae. p. 396.). Qui si ex orationis Lysiacae fragmentis colligi aliquid licet, non habebatur homicidium (cf. Meier. Proc. p. 310.). Argumentum enim orationis, ni fallor, hoc fuit: Agebatur de caede infantis. Quem quod interfecisset Antigenes accusatus est; Antigenis enim infans fuit atque sororis actoris. Antigenes quidem se excusavit, quod femina medicamentis foetum abegerit. Sed actor probat feminam non esse in culpa, infantem vivum fuisse, etiam ad aram apportatum. Quae interpretatio mea voce ἀμ-

φιδρόμια nititur, de qua cf. Hesych., Schol. Plat. Theaet. p. 360. Bk. Eudoc. p. 39. Bekk. An. 207, 13. Maussac. ad Harp. p. 19 et 92. (p. 86 et 176. Lips.), Vales. annot. ad Mauss. p. 222. (p. 422. Lips.), Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 290. Boettiger. Amalthea I, p. 55. Notandum est Antigenis cujusdam uxorem ex abortu peperisse foetum admirabilem dici ab Hippocrate de morb. vulg. lib. II. sect. VII. p. 1014. (ed. Foës. Genev. 1657.) et ap. Galen. comm. in Hippocr. epidem. II. 21. cf. III. 12. Quibus locis eandem historiam esse intelligendam verisimillimum est. Lysiaene fuerit oratio Theo et Harpocratio dubitaverunt; fortasse fuit *μελέτη*. (cf. Spengel. *συναγ.* p. 137.). Antigenes quidam fuit archon Ol. 93, 2.

11. *Περὶ τῆς ἀντιδόσεως.* (Tayl. 15, Westerm. 44.)

Harp. et Phavor. „*Ἐννεάκρουνον*", *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. κρήνη τις ἦν ἐν Ἀθήναις· πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Καλλιρρόη.* Persuasum mihi habeo, *Ἰσοκράτης* scribendum esse, qui vocem habet de permut. p. 124. Orell. ed. min. De voce cf. Hemsterh. ad Lucian. Tim. p. 173. Fritzsche quaestt. Arist. I, p. 275 sqq.

12. *Ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρός.* (Tayl. 16, Westerm. 45.)

Plutarch. vit. Antiph. p. 310: [Antiphon quadringentis viris munere ejectis captus, necatus] *ἄταφος ἐρρίφη καὶ σὺν τοῖς ἐπιγόνοις ἄτιμος ἐνεγράφη. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν ἱστοροῦσιν, ὥσπερ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ. ἐγένετο γὰρ αὐτῷ θυγάτριον, οὗ Κάλλαισχρος ἐπεδικάσατο. ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν, ἱστορεῖ μὲν Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν· ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει· πῶς γὰρ ἂν ὁ προτεθνεὼς καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τῶν τετρακοσίων πάλιν ἐπὶ τῶν τριάκοντα εἴη;* — Phot. bibl. p. 486. A. 33: [Antiphon quadringentis viris magistratu abrogatis mortuus est], *Λυσίας δὲ τοὐναντίον ἱστορεῖ· φησὶ γὰρ μᾶλλον αὐτὸν ὑπὸ τῶν λ' ἀνῃρῆσθαι.*

Plutarchus vehementer laborat de variis viris quibus nomen Antiphon fuit atque his angustiis se liberare lepore studet.

Antiphon Rhamnusius magistratu quadringentorum finito tristissimum fatum auctore Theramene (cf. Lys. in Erat. §. 67.) expertus est. (cf. Ruhnken. de Antiph. c. II. Meier. de bon. damn. p. 182. Krueger. de Thuc. hist. part. post. p. 389.). Alius est Lysidonidae filius (cf. Wyttenbach. eclog. hist. p. 404.). Ab utroque est diversus A. filius Pyrilampis et Perictionae, Charmidis sororis, quae secundo matrimonio nupsit Aristoni Aristoclis cum eoque Platonem, Glauconem, Adimantum, Perictionen Speusippi matrem peperit. Hic Antiphon (cf. Plat. Parm. p. 126. Jons. de scr. hist. ph. P. II. p. 246.) a XXXviris est necatus atque de ejus filia Callaeschrus quidam litigasse videtur (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 39.). Critiae enim gens cum Pyrilampe erat cognata. Callaeschrus qui litem habuit, filius Critiae unius ex trigintaviris fuisse videtur. Ruhnkenius vero et Wyttenbachius Lysidonidae filium Antiphontem intellexerunt. Alios Antiphontes hic enumerare longum est. cf. Jonsium.

13. *Κατ' Ἀπολλοδώρου.*
(Tayl. 17, Westerm. 46.)

Harp. v. *πρόπεμπτα, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν, εἰ γνήσιος, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Ἁγνίου κλήρου. Δίδυμος, μήποτε, φησὶν, ἄλλα τινά ἐστιν ἐπιτίμια τὰ πρὸ τῆς καταβολῆς. εἰσὶ γάρ οἱ τὰ πέμπτα τῶν τιμημάτων παρακαταβάλλεσθαί φασιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀπολλοδώρου ὑποσημαίνει, εἰ μὴ ἄρα πρόπεμπτα ὡς Δημοσθένης πρὸς ἡμέρας πέντε. ταῖς γὰρ μεγάλαις δίκαις οὐκ ἤρκει μία ἡμέρα πρὸς τὴν κρίσιν.* Locus est corruptus cf. Vales. in not. Mauss. p. 323. (494. Lips.), Boeckh. O. c. I, 386. Sermo est de *παρακαταβολῇ* quae in litibus de bonis publicatis quintam pretii partem continebat. Quis fuerit Apollodorus nescio; vulgare nomen est (cf. Jons. II, 17, 1.) atque plures Apollodori illius temporis commemorantur; nonnullos lectori suppedito, primum Socratis discipulum (cf. Xen. Mem. III, 11, 17., Plat. symp., Aelian. v. h. I, 16. Athen. XI, 506. a.), secundum Isocratis discipulum, tertium Megarensem Phrynicho percusso civem factum (Lys. c. Agor. §. 71.), quartum ap. Dem. c. Neaer. 1346. (cf. Boeckh. O. c. I, 194.), quintum de cujus hereditate Isaei oratio extat filium Thrasylli, sextum ibidem commemoratum Eupolidis f. Apollodori quinti patruelem, septimum, contra quem habita est oratio Isaei a liberto quodam (cf. Westerm. hist.

eloq. p. 293. Meier. de bon. damn. p. 37.). Hoc vero loco Demosthenis orationem pro Phormione contra Apollodorum esse intelligendam, quamvis dictioni Lysiae eam simillimam esse atque facillime ut Lysiaca putetur fieri posse distincte Dionysius Hal. (de Dem. dic. vi. §. 13.) affirmat, vetat et temporis ratio et oratio ipsa, quae nihil quod ejusmodi opinioni faveat continet.

14. *Πρὸς Ἀρέσανδρον.*
(Tayl. 18., Bekk. 5., Foertsch. et Franz. 7., Westerm. 47.)

Harpocr. et Phavor. v. *Ἐκλογεῖς, οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ. Ἀντιφῶν κ. τ. λ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀρέσανδρον· „Νῦν δὲ πρὸς τοὺς ἐκλογέας τοῦ φόρου ἅπαντα ἀπογραφόμεθα".* — Harp. „*Ἀπαρτιλογία.*" *Λ. ἐν τῷ πρὸς Ἀρ. καὶ Ἡρόδοτος ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένος καὶ πλήρης ἀριθμός.* Eadem titulo or. omisso habent Bekk. An. 416, 20. et Cramer. An. Oxon. II. p. 490, 3.; Suid. *ἀπαρτιλογία· ἀπηρτ. καὶ πλ. ἀρ. καὶ λόγος. οὕτω Λυσίας καὶ Ἡρ.*; Suidas duas glossas confudit. De *ἐκλογεῦσι* cf. Boeckh. O. c. I, 169.

15. *Κατ' Ἀρισταγόρου ἐνδείξεως, εἰ γνήσιος.*
(Westerm. 48.)

Harp. „*Ἀμωςγέπως*" *ἀντὶ τοῦ ἐνί γέ τινι τρόπῳ. Λυσίας ἐν τῷ κατ' κ. τ. λ.* De voce cf. Mauss. ad Harp. p. 39. (p. 88. Lips.).

16. *Πρὸς τὴν Ἀριστοδήμου γραφὴν διαμαρτυρία, εἰ γνήσιος.*
(Tayl. 19. 20. Westerm. 49.)

Harp. „*Ἀνθήνη*", *Λ. ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀρ. γραφήν, εἰ γνήσιος. πόλις τῆς Λακωνικῆς.* — Id. *ἀποστασίου, δίκη τίς ἐστι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων κ. τ. λ. πολλάκις δ' ἐστὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσι, παρὰ τῷ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστόδημον καὶ Ὑπερίδῃ κ. τ. λ.* — Id. v. *Διαμαρτυρία καὶ διαμαρτυρεῖν. τρόπος τις ἦν παραγραφῆς ἡ διαμαρτυρία κ. τ. λ. ἐπεσκήπτοντο δὲ ψευδομαρτυριῶν καὶ ταῖς διαμαρτυρίαις ὥσπερ καὶ ταῖς μαρτυρίαις. Λ. ἐν τῇ πρὸς Ἀριστόδημον διαμαρτυρίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος.* — Id. *ἀνάκρισις ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστης ἀρχῆς γινο-*

μένη πρὸ τῶν δικῶν περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή, ubi Cod. D. pro *χρὴ* habet *δεῖ* et addit: *πολλάκις δέ ἐστιν παρὰ τοῖς ῥήτορσιν, ὥσπερ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀριστόδημον.* — In orationis titulo constituendo Westermannum sum secutus. Aristodemus eum qui Lysiae or. habuit, *γραφῇ* persecutus est; reus vero usus est *διαμαρτυρίᾳ*, de qua cf. Schoem. Proc. p. 638 sqq. Ex Harpocratione colligi, causam fuisse *ἀποστασίου*, vetat inscriptio or. *γραφή*, nam *ἀποστασίου* erat causa privata. Aristodemus Cydathenaeensis illius temporis mihi notus est, *ὁ μικρὸς καὶ ἄθεος* vocatus; occurrit ap. Plat. symp. p. 173. B. Phaedr. p. 229. A. Xen. Mem. I, 4, 2. Porro Aristodemus is quoque vocabatur, pro quo filius orationem a Demosthene conscriptam contra Leocharem habuit.

17. *Πρὸς Ἀριστοκράτην περὶ ἐγγύης ἐράνου, εἰ γνήσιος.*

(Tayl. 21, Westerm. 50.)

Harp. „*Ἐρανιστὴς*" *μέντοι κυρίως ἐστὶν ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων καὶ τὴν φορὰν ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων. τὸ δὲ ὄνομα παρὰ Λ. ἐν τῷ κ. τ. λ.* — Aristocrates quidam societatem cujus erat particeps, accusaverat, quod ipsi non vadimonium fecerit; quare illa se defendit in thesmothetarum curia. De *δίκαις ἐρανικαῖς* cf. Schoem. Proc. p. 540 sqq. Hoc loco de Aristocrate Scelliae f. (Heind. ad Plat. Gorg. p. 86.), uno ex quadringentis viris (Lys. in Erat. §. 66. Krueger. de Thuc. hist. part. post. p. 384. 331.), tum ex decem ducibus (Xen. H. I, 4, 21. I, 5, 16.), deinde inter exules Phyleenses (Dem. c. Theocr. p. 1343.), non videtur cogitandum esse.

18. *Κατ' Ἀρίστωνος.*

(Tayl. p. 42. et lectt. Lys. p. 707. R., Westerm. 51.)

Lex. pone Porson. Phot. p. 665, 19: *Ἀργίας δίκη. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρίστωνός φησιν, ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀτιμίαν, ἐάν τις* (l. *ἐὰν τρὶς*) *ἁλῷ, τῖσαι. ἂν δ' ἅπαξ, ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἑκατόν.* De *γραφῇ ἀργίας*, quae ab Areopagitis Archonte praeside dijudicabatur cf. Meier. de bon. damn. p. 130. Proc. p. 298 sq. Lelyveld. de infam. p. 177 sqq. Aristonum temporis

Lysiae mihi noti sunt Aristo quidam inter decem milia Graecorum, qui cum Cyro contra Artaxerxem sunt profecti (Xen. Anab. V, 6, 14.), et Aristo Byzantinus qui cum aliis Alcibiadi Byzantium prodidit; quare post pugnam ad Aegos flumen commissam Athenas effugerunt, ubi cives sunt facti (Xen. H. I, 3, 18. II, 2, 1. cf. Schneider. ad X. H. V, 1, 28.). Denique Aristo etiam ille appellabatur, qui orationem Demostheoicam contra Cononem habuit. Lelyveld. p. 181. orationem Lysiae quam jam tractamus eandem esse cum or. *κατὰ Νικίου ἀργίας* putat; quae vero opinio quibus argumentis nitatur non liquet.

19. *Πρὸς Ἁρμόδιον περὶ τῆς εἰκόνος.* (Tayl. 22. et 68., Westerm. 52.)

Post Harmodium et Aristogitonem Cononi primo statua aënea decreta est (cf. Dem. c. Lept. p. 477 sq. Boeckh. O. c. I, 265.); postea ut Iphicrati quoque exstrueretur, quod Lacedaemoniorum moram delevisset Ol. 96, 4., amicus ducis sententiam tulit. Quod etiam decretum quidem est (cf. Aesch. in Ctes. §. 243. Dem. c. Aristocr. p. 663. c. Lept. p. 482. Corn. Nep. Iphicr. 3., Wessel. ad Diod. T. I, p. 712. Muret. var. lectt. VIII, 22. Schoem. de com. 336). Sed antea illum accusavit *παρανόμων*, ut videtur in Iphicratis *εὐθύναις* (cf. Meier. Proc. p. 214.), Harmodius quidam ex genere prisci Harmodii. Qui apud Isaeum (cf. Schoem. Is. p. 289.) occurrit Harmodius et apud Demosthenem (de fals. leg. p. 431.), idem videtur esse (de eo autem, cujus Lysias mentionem facit de caed. Erat. §. 41. non affirmaverim). Contra eum igitur defendit amicum seque ipsum Iphicrates. Pro quo orationem scripsisse Lysiam dicit Plutarchus (p. 326: *συνέγραψε δὲ λόγω καὶ Ἰφικράτει, τὸν μὲν πρὸς Ἁρμόδιον, τὸν δὲ προδοσίας κρίνοντι Τιμόθεον καὶ ἀμφοτέροις ἐνίκα*) et Paulus Germinus (ap. Suid. v. *Παῦλος* et Eudoc. p. 353.). Sed oratio quia gratia careat se in suspicionem de auctore venisse atque examine instituto reperisse a Lysia eam abjudicandam Dionysius Hal. (Lys. §. 12.) testatur. Orationem dicit septem annis post Lysiae mortem quam in Ol. $100\frac{2}{4}$ (a. 378.) ponit, scriptam esse Ol. $102\frac{2}{4}$ (371.) (cf. Clinton. p. 121.). Quam sententiam si sequimur, neque est cur dubitemus, oratio a Lysia non conscripta est. Auctor vero ex Dionysii opinione Iphicrates ipse erat; oratio enim si critici judicio fides habenda est militarem quendam et insolentem colorem habebat neque

protervia carebat. Iphicrates autem aliis quoque locis eloquens vocatur. Scriptores igitur veteres, qui hanc litem commemorant, Lysiam orationem conscripsisse plerique non indicant; de auctore dubitatum esse optime elucet ex Aristide. Nonnulla conservavit Aristoteles (rhet. II. 23. p. 1397. B. l. 27. Bk.): *Ἰφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἁρμόδιον, ὅτι „Εἰ πρὶν ποιῆσαι ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιήσαντι δ' ἄρ' οὐ δώσετε; μὴ τοίνυν μέλλοντες μὲν ὑπισχνεῖσθε, παθόντες δ' ἀφαιρεῖσθε* *). Idem (II, 24. p. 1398. A, l. 27.): *καὶ ὡς Ἰφικράτης ὅτι γενναιότατος ὁ βέλτιστος, „Καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι". καὶ ὅτι συγγενέστερος αὐτός· „Τὰ γοῦν ἔργα συγγενέστερά ἐστι τὰ ἐμὰ τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἢ τὰ σά.* Eandem historiam attingere videtur rhet. I, 7. p. 1365. A. l. 28: *καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτὸν ἐνεκωμίαζε λέγων ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα* (sc. *καὶ οἱ καιροὶ καὶ αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ τόποι καὶ οἱ χρόνοι καὶ αἱ δυνάμεις ποιοῦσι μεγάλα.*). — Plutarch. apophth. Iphicr. no. 5: *Ἰφ. πρὸς τὸν Ἁρμόδιον τὸν τοῦ παλαιοῦ Ἁρμοδίου ἀπόγονον, ἔφη „Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται".* Eadem servat Arsenius viol. p. 308. — Stob. flor. 86, 15: *Ἰφικράτης ὀνειδιζόμενος εἰς δυςγένειαν, Ἐγὼ ἄρξω, εἶπε, τοῦ γένους.* — Ulpian. ad Dem. Mid. p. 655. ed. Wolf. *Πρῶτος* [sic scr. pro *πρῶτον*] *γὰρ Ἰφικράτης τιμῶν ἔτυχεν, ὡς Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων. Κόνωνος μὲν γὰρ πρώτου χαλκοῦς ἀνδριὰς ἔστη, ἀλλὰ τούτῳ μόνῳ ἐτιμήθη. Ἰφικράτης δὲ καὶ τὰς ἄλλας δωρεὰς τὰς ἐκείνοις ψηφισθείσας ἔλαβεν· ὥστε καί τινα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου δικάσασθαι τῷ Ἰφικράτει περὶ τῶν δωρεῶν, ὡς ἀναξίως λαβόντι. Καί ἐστι Λυσίου λόγος εἰς Ἰφικράτην ἀναφερόμενος, ἔχων τὴν ἐπιγραφὴν περὶ τῶν αὐτοῦ δωρεῶν. ἐν ᾧ σκωφθεὶς εἰς δυςγένειαν παρὰ τοῦ κατηγόρου φησὶν ὅτι „τὸ μὲν ἐμὸν γένος ἀπ' ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν γνωρίζεσθαι λαμβάνει, τὸ δὲ σὸν μέχρι σοῦ τὴν δόξαν ἔστησεν".* — Aristid. or. 49. de paraph. p. 518 sq. Dind.: *Καὶ δὴ τὸν μὲν Σωκράτη, εἰ βούλει, παρίημι· τὸν δὲ*

---

*) Quo loco Anonymus (in Aristot. rhet. Paris. 1593. p. 44. A.) mire *ἠξίου* et *ἐὰν ποιήσῃ* legit atque interpretatur: *καὶ ἀξιοῖ I. στῆσαι τούτοις* (Harmodio et Aristogitoni) *εἰκόνας· καί φησιν, εἰ πρὸ τοῦ φονεῦσαι αὐτοὺς τὸν Πεισίστρατον ὁ δῆμος ἠξίου καὶ ὑπισχνεῖτο εἰκόνα στῆσαι, ἐὰν ποιήσῃ ἤτοι φονεύσῃ· οὐ δώσετε δὲ τὸ ὑποσχεθὲν τῷ ποιήσαντι τὸν φόνον.*

Ἰφικράτη σκόπει, ἄνδρα οὐ μεθόριον ῥήτορος καὶ στρατηγοῦ, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων ἐφικνούμενον. ἆρ᾽ οὖν διῆλθές ποτ᾽ αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν τὴν ὑπὲρ τῆς δωρεᾶς; καίτοι τίθει μὲν, εἰ βούλει, Λυσίου τὸν λόγον εἶναι, τίθει δ᾽ Ἰφικράτους, εἰ τοῦτο αἱρεῖ. ἔστι τοίνυν οὐδὲν οὕτω τοῦ παντὸς ἀγῶνος ἐπιφανὲς ὡς τὸ φρόνημα, ὃ δὴ καὶ ποιεῖ κρείττω Λυσίου τῶν πολλῶν εἶναι τὸν λόγον· λέγει γὰρ ἄλλα τε δὴ τοῖς Ἀθηναίοις οὐ τῆς σῆς ψυχῆς, καὶ „εἰ, φησὶν, ἑπτὰ ὑμῖν ἦσαν τοιοῦτοι στρατηγοὶ οἷος ἐγὼ, ἀοίκητος ἂν ἦν ἡ Λακεδαίμων". Καὶ μνησθεὶς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, οὓς Ἀθηναῖοι πρώτους ἁπάντων τῶν εὐεργεσιῶν ἦγον, ἢ παραλαβεῖν ἂν αὐτούς φησιν, ἢ ὑπ᾽ ἐκείνων παρακληθῆναι, εἰ κατ᾽ ἐκείνους ἐγένετο. „Καὶ ὑμεῖς μὲν, φησὶν, οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρ᾽ ὑμῶν ταῦτά μοι γράμματα καὶ τὴν στήλην εἶναί τι σεμνόν· ἐμοὶ δὲ στήλη οὐρανομήκης ἕστηκεν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μαρτυροῦσα τὴν ἀρετήν". Εἰς τοσοῦτον ἀφικνεῖται τῆς παρρησίας ὥστ᾽ ἀμφοτέροις ἑαυτὸν ἀντεξετάζει τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς τῶν πολεμίων. — Hujus orationis fuisse duos libros (βιβλία β′) Paulus Germinus tradidit, quem πρωτολογίαν et δευτερολογίαν significasse equidem crediderim.

20. Πρὸς Ἀρχεβιάδην.
(Tayl. 23., Bekk. 6., Foertsch. et Franz. 8., Westerm. 53.)

Dionysius Hal. (de Isae. §. 10.) ubi prooemia comparat orationis Isaeicae cujusdam (ἀμφισβητήσεως ὑπὲρ χωρίου τοῦ ὑπὸ τῶν δημοτῶν κατεσχημένου) et orationis Lysiacae πρὸς Ἀρχεβιάδην, „uterque, ait, sumit hominem adolescentem, privatum, abhorrentem a negotiis et praeter institutum et ingenium in judicio dicere coactum. Lysias sic: „Ἐπειδὴ τάχιστα ἔλαχέ μοι ταύτην τὴν δίκην Ἀρχεβιάδης, ὦ ἄνδρες δικασταὶ προσῆλθον αὐτῷ λέγων ὅτι νέος καὶ ἄπειρος ἦν πραγμάτων καὶ οὐδὲν δεόμενος εἰσιέναι εἰς δικαστήριον. ἐγὼ οὖν σε ἀξιῶ μὴ εὕρημα ἡγεῖσθαι τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ παραλαβόντα τοὺς φίλους καὶ τοὺς σαυτοῦ διηγήσασθαι περὶ τοῦ χρέους ὅθεν γεγένηται. κἂν δοκῇς ἀληθῆ λέγειν ἐκείνοις, οὐδέν σοι δεήσει πραγμάτων, ἀλλὰ λαβὼν ἄπει τὰ σαυτοῦ. δίκαιος δὲ εἶ μοι μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλ᾽ εἰπεῖν ἅπαντα, ἐπειδὴ νεώτερός εἰμι τοῦ συμβουλεύειν, ἵνα ἀκούσαντες περὶ ὧν οὐκ ἴσμεν βουλευσώμεθα περὶ ὧν σὺ λέγεις, ἐάν πως φανερὸν

γένηται, πότερον ἀδίκως τῶν ἐμῶν ἐφίεσαι ἢ δικαίως τὰ σαυτοῦ ζητεῖς κομίσασθαι. ταῦτ᾽ ἐμοῦ προκαλουμένου οὐδεπώποτ᾽ ἠθέλησε συνελθεῖν, οὐδὲ λόγον περὶ ὧν ἐνεκάλει ποιήσασθαι οὐδὲ δίαιταν ἐπιτρέψαι, ἕως ὑμεῖς τὸν νόμον τὸν περὶ διαιτητῶν ἔθεσθε". Εὕρεμα legitur ap. Reisk.; εὕρημα scripsit Bekkerus ex cod. Bodlei.; εὕρεμα enim vulgari Graecitati proprium est, non Atticis. cf. Intpp. ad Thom. Mag. h. v., Lob. ad Phryn. p. 445, contra quem disputat Osann. ad Philem. p. 288; de sensu vocis cf. Krueger. ad Xen. Anab. p. 109., Schoem. ad Isae. p. 420. — Ἄπει conj. Reisk. pro vulg. ἐπὶ; Toup. ad Longin. p. 252. Weisk. conj. ἄπιθι. — Δίκαιος δὲ εἰ μοι est conj. Reisk. pro vulg. δίκαιος δέ εἰμι, quam retinuerunt Bekkerus et Franzius cf. Scheibe l. l. p. 45. — Ἐνεκάλει Bekk., vulg. ἐνεκαλεῖτο. — Ab eo qui orationem habuit, Archebiades mutuum repetiit; an hic is Archebiades fuerit, qui ab Andromacho in lite de mysteriis profanatis instituta ad judicium delatus effugit atque Alcibiadis videtur cognatus fuisse (cf. Lys. in Alc. §. 27., frgm. 5. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 33.) nescio. Jam reus de mutuo nihil se scire confessus est seque saepius ex Archebiade postulasse, ut compromissum institueretur et res a diaetetis privatis dijudicaretur (cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 174.); adversarium vero hoc negasse. Jam agitur in thesmothetarum curia Heliastis judicibus. Accurata inscriptio sine dubio est: πρὸς Ἀ. χρέους. cf. Meier. Proc. p. 498.

21. Πρὸς Ἀσίωνα περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς, εἰ γνήσιος.

(Tayl. 24, Westerm. 54.)

Harp. „Ἀμφιγνοεῖν" ἀντὶ τοῦ ἀγνοεῖν ἢ ἐνδοιάζειν. περὶ τῆς γνώσεως, ὡς καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς κ. τ. λ. Valesius ad Harp. p. 8. (p. 266. Lips.) scribendum putat Αἰσίωνα eumque secutus Jonsius (I, 7, 2) qui mirum in modum disputat; Aesionem enim condiscipulum Demosthenis (cf. Suid. vv. Δημ. et Αἰσ., Plut. Dem., Arist. rhet. III, 10. p. 1411. A. 25.) significari statuit; orat. igitur Lys. potius juniori Lysiae tribuendam esse; tum eheu! pergit: „Sed quisquis hujus orationis auctor fuerit, non parum lucis ea attulisset historiae librorum deque spuriis et genuinis scriptis nos certiores reddidisset". Cogitat Jonsius de furto quod nostrates appellant literarischen Diebstahl. Utrum vero hoc loco de sci-

dulis literis impletis an non impletis cogitandum sit non apparet (cf. Boeckh. O. c. I, 51.). Furti actiones dijudicandas curabant Undecimviri (cf. Meier. Proc. p. 356.).

22. Περὶ (ὑπὲρ) τοῦ ἀσπιδοποιοῦ. (Tayl. 25, Westerm. 55.)

Poll. VII, 15: Τὰ δὲ καταβαλλόμενα ὑπὲρ τῶν πιπρασκομένων τέλη ἐπώνια λέγουσι. τῆς δὲ ἰσωνίας Λυσίας εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἀσπιδοποιοῦ. — Poll. VII, 155: Ὁ δὲ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς (haec verba delenda esse mihi videntur), ἀσπιδοποιὸς — Λυσίᾳ (Λυσίου summo jure mavult Jungerm.) δὲ καὶ λόγος ὑπὲρ τοῦ ἀσπιδοποιοῦ.

23. Πρὸς Ἀσωπόδωρον περὶ οἰκίας. (Tayl. 26, Westerm. 56.)

Harpocr. παρακαταβολὴ κ. τ. λ. (cf. fr. 5.) περὶ μὲν οὖν τῶν δημοσίων πολλαχοῦ εἴρηται τῷ Λυσίᾳ, ὥσπερ ἔν τε τῷ πρὸς Ἀλκ. περὶ οἰκίας καὶ ἐν τῷ πρὸς Ἀσωπόδωρον περὶ οἰκίας. Asopodorus aut ex bonis publicatis cujusdam domum sibi vindicaverat aut ὁ ἀπογράφων fuerat, contra aerarium autem litem de domo ex bonis publicatis instituit is qui orationem habuit (cf. Boeckh. O. c. I, 386. Meier. de b. d. p. 223. Proc. p. 492.). Ante Bekk. legebatur Ἀσωπίδωρον. Quod nomen Ἀσωπίδωρος mihi ignotum est; Ἀσωπόδωρος quidam ob corporis brevitatem ab Aristophane (Av. 17.) irrisus esse fertur.

24. Κατ' Αὐτάνδρου. (Tayl. 27., Westerm. 57.)

Harp. v. „Ἀρχιδάμιος πόλεμος", Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτάνδρου καὶ Πυθέου ξενίας. τὰ πρῶτα δέκα ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, καθὰ Θουκυδίδης καὶ Ἔφορος καὶ Ἀναξιμένης φασίν. Maussac. ad Harp. p. 100 (130. Lips.) scribendum esse putat Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτάνδρου, Δείναρχος κατὰ Πυθέου ξενίας; eique assentitur Taylorus. Quos ego quoque secutus sum. Pytheam adversarium Demosthenis in lite Harpalica accusasse ξενίας Dinarchus pluribus locis fertur (cf. Westerm. hist. eloq. p. 312. Demosth. ep. 3. p. 1481.).

Apostolius prov. IV, 30: *Ἀρχιδάμειος πόλεμος· ἐπὶ τῶν λίαν πικρῶν πολέμων· Ἀρχιδάμειος δὲ ἐκλήθη ἀπὸ — καὶ Ἀναξιμένης καὶ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Πυθέου ξενίας.* Eadem Arsenius p. 77. Phavor. v. *Ἀρχοδάμιος* (sic!) *πόλεμος* Harpocrationem excripsit, sed pro *Αὐτάνδρου* praebet *Ἀνδροτίωνος*. Apud hos vero rescribendum esse censeo *Λ. κατ' Αὐτάνδρου, Δείναρχος κατὰ Πυθέου ξενίας. Ἀρχιδάμιος πόλεμος* vocabatur prima belli Peloponn. pars, quam Niciae pax finivit; quod sequebatur Decelicum appellabatur; Bekk. An. p. 234, 27. et Zonar. p. 474. totum bellum utroque nomine vocantes confundunt, cf. Wessel. ad Diod. 13, 9. Krueger. de Thuc. hist. part. post. p. 246.

25. *Κατ' Αὐτοκλέους, εἰ γνήσιος.*

(Tayl. 28., Bekk. 7., Foertsch. et Franz. 9., Westerm. 58.)

Poll. VII. 200: *Εἰ δὲ Λυσίου ὁ κατ' Αὐτοκλέους λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται „ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον" εἴη ἂν ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ* *). Verisimile est Autoclem Strombichidis a XXXviris necati filium intelligendum esse (cf. Schneider. ad Xen. H. VI, 3, 2.). Autocles erat *μάλα δοκῶν ἐπιστρεφὴς εἶναι ῥήτωρ*, (Xen. H VI, 3, 7.) i. e. selectissimus orator, *ἀγχίνους δὲ ὢν καὶ ἐπιστρεφής* (Damasc. ap. Phot. p. 1031.). Ejus orationem contra Mixidemidem laudat Aristoteles (rhet. II, 23.), cf. Ruhnk. hist. crit. p. 60. Unus erat legatorum, qui Ol. 101, 2. pacem cum Lacedaemoniis composuerunt (Xen. H. VI, 3, 7 — 9.). An idem sit, quem Lysias c. Simon. § 12. commemorat, nescio. Alius ille esse videtur, qui Ol. 104, 3. dux erat in Hellesponto (Dem. c. Polycl. 1210.); hunc verisimile est eum fuisse, qui ab Apollodoro Pasionis filio accusatus est (Dem. pro Phorm. p. 961.); orationem conscripsit vel Lycurgus, (Suid. v. *μηλόβοτος*, Max. Planud. ad Hermog. inv. p. 366. Ald. T. V. p. 407. W.) vel Hyperides (cf. Westerm. hist. eloq. p. 308.). Denique *Αὐτέας Αὐτοκλέους* commemoratur in inscr. ex Ol. 108, 4. (ap. Boeckh. C. I. I. p. 132.).

---

*) *Ψηφοπαιστοῦσι* cum quibusdam Mss. scribi vult Lobeck. ad Phryn. p. 241.

26. Κατ᾽ Αὐτοκράτους μοιχείας.
(Tayl. 29. Bekk. 8. 9. 10., Foertsch. et Franz. 10—12., West. 59.)

Poll. IX, 57: καὶ συνθέντες δὲ τὴν μνᾶν ἔλεγον ὥςπερ Ἡρόδοτος — δίμνως — ὁ δὲ Λ. ἐν τῷ κατὰ Αὐτοκράτους „τετύχηκε δέ μοι καὶ εἰκοσίμνως ἔρανος". — Poll. VII, 44: Λυσίας δ᾽ ἐν τῇ κατὰ Αὐτοκράτους „μεταλλαξαμένη χιτῶνα"; ubi Falckenb. habet αὐσοκράτους; pro τῇ recte malunt τῷ Seb. et Jung. — Bekk. An. 110, 29: Ὀψίζεσθαι Λ. κατὰ Αὐτοκράτους μοιχείας· „τοῖς ὀψιζομένοις ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπιτιθέμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποδύονται". — Bekk. An. p. 82, 21: Ἀκολουθεῖν μετ᾽ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ αὐτῷ· Λυσίας· „τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα μετὰ αὐτοῦ". Phryn. p. 353: „Τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα μετ᾽ αὐτοῦ". Λ. ἐν τῷ κατ᾽ Αὐτ. οὕτω τῇ συντάξει χρῆται. Ἐχρῆν δὲ οὕτω εἰπεῖν, τὸν ἀκολουθοῦντα αὐτῷ. Τί ἂν οὖ φαίη τις ἁμαρτεῖν τὸν Λυσίαν ἢ νοθεύειν καινοῦ σχήματος χρῆσιν, ἀλλ᾽ ἐπεὶ ξενικὴ σύνθεσις, πάντη παραιτητέα· ῥητέον δὲ ἀκολουθεῖν αὐτῷ; ubi cf. not. Lobeckii, qui ostendit, illam dicendi formam usitatissimam esse et Phrynichum errasse, cf. Schaefer. ad Dem. c. Androt. p. 608, 13. Dobreus ad Arist. Plut. 824. et Bekk. An. 368, 3: ἀκολουθεῖν μετ᾽ αὐτοῦ οὕτω συντάττουσιν οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἀκολουθεῖν αὐτῷ· καὶ γὰρ Λυσίας οὕτω κέχρηται καὶ Πλάτων κ. τ. λ. Lysias in oratt. utraque dicendi forma usus est, (cf. in Erat. §. 12. [Epitaph. §. 27.]. de caed. Erat. §. 8. 18., frgm. 93.). De actione μοιχείας cf. Meier. Proc. p. 327 sqq. Autocrates quidam commemoratur a Lysia (de obtrectt. §. 15.); hujus nominis erat etiam antiquae comoediae poeta. cf. Meinek. Q. s. II. p. 74.

27. Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου.
(Tayl. 30., West. 60.)

Longinus (Pseudo-Aristides) de inv. p. 725, 7. Ald. T. IX. p. 591 sq. W.: Κινήσει δὲ ἔλεον κἂν ὑποδεικνύωμεν τὸ πάθος τὸ συμβεβηκὸς περί τινας τῶν οἰκείων τοῦ κρινομένου ἢ τοῦ τεθνειῶτος. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου ἐπέξεισι· λέγει γάρ που τὰ συμβεβηκότα τῇ τοῦ Ὀνείδου μητρί. καὶ ὁ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀχιλλείδου τὸ πάθος τὸ τῆς ἀδελφῆς συμβὰν αὐτοῦ. λέγει γὰρ ὡς ἀκρατὴς λύπης γενηθεῖσα αὑτὴν ἀπέκτεινε. — Poll. IX, 50. [de partibus urbis]. Λυσίας δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ

'Αχιλλείδου φόνου εἴρηκεν, ἱπποστάσιον. — Poll. IX, 154: *ἐπὶ τούτου [τοῦ ἀρκεῖ κ. τ. λ.] τὸ ἐκποιεῖ εἴρηκεν ἐν τῷ ὑπὲρ 'Αχιλλείδου φόνου Λυσίας.* Achillides quidam homicidii accusatus hac oratione se defendit; qua judices eo commovere studuit, ut enarraret, sororem suam se ipsam interfecisse ablatam maerore; maerore cujusnam rei non liquet; fortasse Achillides moechum apud sororem deprehensum necaverat.

28. *Ὑπὲρ Βακχίου καὶ Πυθαγόρου, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 31., Westerm. 61.)

Harp. „*Κύπασσις*". *Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Βακχίου καὶ Πυθαγόρου, εἰ γνήσιος. οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδός φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν κύπασσιν, οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου.* — Id. „*πύγελα*". *Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Βακχίου, εἰ γνήσιος· πόλις ἐστὶ ἐν τῇ Ἰωνίᾳ τὰ Πύγελα κ. τ. λ.* — Id. „*Σκυθικαί*". *Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Βακχ. καὶ Πυθ. εἰ γνήσιος. εἶδός τι ὑποδήματός εἰσιν αἱ Σκυθικαί.* — Ex his locis de oratione nihil colligere possum; nomina Bacchii et Pythagorae mihi ignota sunt neque Attica esse videntur.

29. *Περὶ τοῦ Βατράχου φόνου.* (Tayl. 32., Westerm. 62.)

Harp. „*Φηγούσιον*". *Λ. ἐν τῷ περὶ τοῦ Βατράχου φόνου. Φηγοῦς δῆμος τῆς 'Ερεχθηΐδος.* Eadem Photius p. 645, 22. Suidas, (codd. omnes mss. praebent *βατράχων*,) et Phavor., qui recte *Βατράχου* habet. Valesius legi vult *ὑπὲρ τοῦ κ. τ. λ.* — Batrachus quidam pessimus erat sycophanta sub XXXvirorum dominatu (Lys. in Erat. §. 48.), tum post exulum reditum in aliam urbem se contulit (or. in Andoc. §. 45.) atque quo tempore oratio (Lysiae) in Andocidem habebatur videtur jam mortuus esse (*ᾤκει* §. 45.). Num idem est quem Archippus comicus *τὸν πάρεδρον τὸν ἐξ 'Ωρεοῦ* vocavit (ap. Athen. VII. 329. c.)? Neque scio, an hic is Batrachus sit, ad quem nostra oratio spectat.

30. *Πρὸς Βοιωτόν, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 33., Westerm. 63.)

Harp. „*ἀνάγειν*" *τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι. Λ. ἐν τῷ κ. τ. λ.* Eadem Phavor., qui *Βοίωνα* praebet, Suid. et Zonar.: *ἀνάγειν, τὸ μηνύειν* —

ιέναι· οὕτω Λυσίας καὶ Δείναρχος. Apud Harp. *Βοιωτούς* cod. A., *βοίωνα* Codd. F., O. (Morell.) et Cantabr. *), *βίωνα* cod. B., *μίωνα* cod. C. — Orationem Demosthenicam *πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος* Lysiaca dictione impletam esse atque facillime putari pro opere Lysiaco Dionysius Hal. (de Dem. dic. vi §. 13.) asseruit; quia autem in or. Dem. v. *ἀνάγειν* non extat, titulus or. Lys. mutandus esse videbatur Maussaco (ad Harp. p. 40. s. p. 89. Lips.) in *πρὸς Δίωνα* atque haec or. c. fragm. 42. confundenda. Meierus conjecit (Proc. p. 529.) nomen in *Μικίωνα* mutandum esse atque litem ad eam spectare, de qua in Isaei oratione de Dicaeogenis hered. sermo esset. Quae omnia valde dubia sunt; equidem igitur cum Bekkero titulum servavi *πρὸς Βοιωτόν*, quem praebent codd. Bekk. E, G, H, J, K, L, M, N. Uti Lysias, sic etiam Isaeus et Dinarchus oratt. contra Boeotum scripsisse dicuntur (cf. Westerm. p. 293. 315.). Occurrit nomen ap. Demosth. adv. Mid. p. 537.

31. *Πρὸς Γλαύκωνα περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου.*

(Tayl. 35., Bekk. 11. 12., Foertsch. et Franz. 13. 14., Westerm. 64. 68. 69.)

„*Καὶ μὲν δὴ οὐδὲ τοῦτο ἂν ἔχοι Γλαύκων εἰπεῖν, ἢ ἄλλος τις τῶν Δικαιογένους συγγενῶν, ὡς ὅτε μὲν προὔκειτο, ὤκνουν καὶ ᾐσχύνοντο λόγους περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξενεχθέντος δὲ ἢ περὶ τῶν χρημάτων τινὰ μνείαν ἔχετε ἢ τὰς θυγατέρας ἀξιοῦτε διαιτᾶσθαι*". [Suid. v. *προὔκειτο καὶ προὔθεντο· Ἐπὶ τῶν τετελευτηκότων χρῶνται τῇ λέξει οἱ ῥήτορες, τῶν πρὸ τοῦ τεθάφθαι κειμένων ἐπὶ τῆς οἰκίας παρόντων τῶν οἰκείων. Λ. ἐν τῷ πρὸς Γλαύκωνα· „Καὶ μὲν κ. τ. λ.*"; pro *Δικαιογένους* habet cod. e *Διογένους*, et pro *τῶν* V *ὧν*.]. — „*Δικαιογένης δὲ τέως μέν ᾤκει παρ᾽ ἡμῖν, δοκιμασθεὶς δὲ ἔγημε*". [Suid. v. *Τέως· ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου· „Δικαιογένης κ. τ. λ.*", ubi ex antecedentibus Lysiae nomen supplendum est (cf. Westerm, hist. eloq. p. 277.)]. — Harpocr. *ἡλιαία καὶ ἡλίασις. Ἡλιαία μέν ἐστι τὸ μέγιστον δικαστήριον κ. τ. λ. Λυσίας μὲν ἐν τῷ πρὸς Γλαύκωνα τὴν Ἡλιαίαν πολλάκις ὀνομάζει.* Cum Tayloro,

*) qui semper fere consentit cum Gronov. Med. cf. praef. Phot. Porson. p. XX.

Bekkero, Foertschio, Franzio in unam orationes *πρὸς Γλαύκωνα* et *περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου* confudi; quod ut rectum sit ex fragmento primo apparere mihi videtur. (Quinam ipsi fuerint Glauco et Dicaeogenes incertum est; Glauco vulgare nomen est; de Dicaeogenis porro hereditate oratio Isaei quae extat cum Lysiaca confundenda non est. Quantum ex fragmentis apparet post mortem Dicaeogenis qui in oratoris domo vixerat et inter ephebos receptus uxorem duxerat (cf. Meier. Proc. p. 408.), de hereditate oratori Glauco litem intendit, in qua plures orationes sunt habitae.

32. *Ὑπὲρ Δεξιοῦ ἀποστασίου.*
(Tayl. 36, Bekk. 13. 14., Foertsch. et Franz. 15, 16., West. 65.)

Bekk. An. p. 129, 15: *Αἰπόλῳ. δοτικῇ. Λ. ἐν τῇ ὑπὲρ Δεξιοῦ ἀπολογίᾳ· „Καθίστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὰς αἶγας καὶ ἠπόλει αὐταῖς".* — Bekk. An. 129, 18: *Ἀντιδικῶ, δοτικῇ. Λ. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ „Ἐχρῆν τὸν Κλειτοφῶντα καὶ τοὺς ἀντιδικοῦντας αὐτῷ".* — Harp. *Στρομβιχίδης, Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Δεξιοῦ ἀποστασίου, ὄνομα κύριον.* — Strombichides, Diotimi f., vir popularis, sub XXX virorum dominatu necatus (cf. Lys. in Agor. §. 13., in Nicom. §. 14.) quid in hac oratione sibi voluerit, nescio. Clitopho est obscurus homo, quem perstringit Aristophanes (Ran. 998.).

33. *Κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος.*
(Tayl. 37., Bekk. 15., Foertsch. et Franz. 17., West. 67.)

„Εἰ γάρ τι ἐγκαλεῖς τῷδε τῷ μειρακίῳ καὶ τῶν σῶν τι ἔχει, δίκασαι αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους· εἰ μὲν χωρίου ἀμφισβητεῖς, καρποῦ· εἰ δὲ οἰκίας, ἐνοικίου, ὥσπερ οὗτος σοὶ νῦν ἐπιτροπῆς δικάζεται". Itaque Harpocr. v. *Καρποῦ δίκη. Λ ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος.* ABC om. *εἰ γνήσιος.* Eadem omissis vv. *εἰ γνήσιος* habet Photius p. 133, 13. Suid. v. *καρποῦ δίκη· Οἱ γῆς ἀμφισβητοῦντες ὡς προσηκούσης αὐτοῖς λαγχάνουσι τοῖς διακρατοῦσιν. εἶτα ἑλόντες λαγχάνουσι καὶ περὶ ἐπικαρπίας. τοῦτο καρποῦ δίκη καλεῖται. Καὶ Λ. ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτρ. „Εἰ γάρ τι κ. τ. λ".* — Harpocr. v. *Ἐλεοκόπων. Λ. ἐν τῷ ι' κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς. „πέντε μησὶ μετὰ τῶν ἐλεοκόπων διαιτώμενος." ἐλεοκόπους λέγοι ἂν ὁ ῥήτωρ τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας, τοῦ ε παρεμβε-*

βλημένου· ὡς τὸ „ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον" παρ' Ὁμήρῳ· μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἕλεον, ὅπερ ἐστὶ σκεῦος ξύλινον, γεγένηται τοὔνομα. Suid. ἐλεοκόπους· Λυσίας τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας τοῦ ε παρεμβεβλημένου. Zonar. ἐλεοκ. τοὺς τ. ε. κ. οὕτως Λυσίας κ. τ. λ. Etym. M. ἐλεοκ. Λυσίας τοὺς τ. ε. κ., ὡς τὸ ἐλεόθρεπτον σέλινον τὸ ἐν ἕλει τεθραμμένον. — Harpocr. Ἀδοκίμαστος. δοκιμασθῆναι λέγεται τὸ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι, καὶ ἀδοκίμαστος ὁ μήπω ἐγγεγραμμένος, παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτρ. εἰ γνήσιος. Suid. ἀδοκίμαστος δὲ ὁ μήπω ἐγγεγραμμένος, Λυσίας οὕτως. (Loci ex Lys. oratt. superst. in ed. Suidae Gaisford. annotati non quadrant.). Zonar. Ἀδοκίμαστος· δοκιμασθῆναι — ἐγγεγραμμένος. οὕτως Λυσίας. — Harpocr. v. Αἰδέσασθαι, ἀντὶ τοῦ μεταπεισθῆναι. Λ. ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτρ. εἰ γνήσιος. Eadem sine or. inscr. habent Suidas, Zonaras, Phavor. Bekk. An. p. 354, 33., Cramer. Anecd. Oxon. II. p. 488, 23. — Harpocr. Ἐπισίτια, τὰ εἰς τροφὴν καὶ εἰς τὸ σιτεῖσθαι διδόμενα. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτρ. ταῦτα δὲ ἐνίοτε ἐκάλουν καὶ σιτίον. — Harpocr. v. Μειαγωγῆσαι δέ ἐστι τὸ ἐπιδοῦναι τοῖς φράτορσι τὸ μεῖον, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημ. ἐπιτροπῆς.

Quis fuerit Demosthenes hac oratione tutelae male exercitae accusatus, ex fragmentis non apparet. Accusatus vero est a pupillo ipso simulac sui juris est factus, actione igitur privata; id quod apparet ex frgm. 1., in quo cum de actore tanquam de tertia persona sermo sit, fragmenta ex δευτερολογίᾳ sumta sunt, quamobrem sic scribendum putaverim ap. Harpocr. v. ἐλεοκόπων — Λυσίας ἐν τῷ δευτέρῳ, etsi Bekkerus ι' delevit. Secundum fragmenta orator multa de tutela dixisse videtur. μεῖα deinde sunt hostiae quae Cureotide Apaturiorum die III. festo adducebantur diis curialibus (τῶν φρατριῶν) praesertim Jovi mactandae, et μειαγωγός dicebatur quisquis eam hostiam et infantem adducebat. (cf. Meier. de gentil. p. 15 sq. Raspe de Eupol. δημ. p. 43 sqq. Hermann. in Act. Antt. Darmst. 1835. p. 1140 sq. De δοκιμασίᾳ εἰς ἄνδρας cf. Boeckh. ind. lectt. ae. Berol. 1819.) Tutor ille malus fraude puero ex bonis paternis aliqua surripuerat; quod quidem non negavit, sed sibi compensare asseruit sua quaedam quae adolescens possideret. „Si hoc verum", respondet actor, „tu illum si res controversa ager erat, δίκῃ καρποῦ, si autem domus, δίκῃ ἐνοικίου accusare debebas". His enim actionibus possessor condemnabatur, ut sive

fruges, sive mercedem actori traderet eundemque hac ipsa ratione possessorem declararet. Quo sensu verba fr. 1. intelligenda sunt cum Meiero (Proc. 750.), non cum Hudtwalckero (de diaet. p. 142.) de actione ut res jam judicata exigeretur.

34. Κατὰ Διογένους.
(Tayl. 39., Westerm. 71.)

Harp. Ἐπιτιμητάς. οἱ μὲν τὸ πρῶτον τιμώμενοί τι τιμηταὶ ἐκαλοῦντο, οἱ δὲ τοῖς ἑξῆς ἔτεσι τὰ αὐτὰ τιμώμενοι ἐπιτιμηταί. Λ. ἐν τῷ κατὰ Διογένους. Hanc orationem Westermannus cum or. πρὸς Διογένην περὶ χωρίου in unam confudit.

35. Περὶ τοῦ Διογένους κλήρου.
(Tayl. 40., Foertsch. et Franz. 18. 19., Westerm. 70.)

„Διογένει δὲ οἰκειότατα πάντων ἀνθρώπων ἐχρώμεθα. καὶ ἕως γε ὑγίαινεν, ἐξ ἀγροῦ ὅτε ἔλθοι παρ' ἡμῖν διῃτᾶτο". [Priscian. 18, 25. T. II. p. 230. Krehl.: Antiquiores tamen ὅτε ἔλθοι de praeterito dicunt: Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Διογένους· Καὶ πρωῒ Διογένει δὲ οἰκειοτάτῳ πάντων κ. τ. λ.]. — Priscian. ibid. p. 210: Virgilius in primo Aeneidos: „Una cum gente tot annos bella gero". Et „tot annis" dicitur. Ἔτη γεγονὼς τοσαῦτα καὶ ἐτῶν τόσων δέ, Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους [κλήρου]· „Ἦν γὰρ αὐτῇ υἱὸς ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς ἐτῶν γεγονὼς ἑκκαίδεκα". — Harpocr. Μόλπις. Λ. ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους φησὶ „Μόλπις ὁ τῶν ἐν Πειραιεῖ". οἱ δ' ἄρα μετὰ τοὺς λ' δέκα ἄρχοντες ἦρχον ἐν Πειραιεῖ, ὧν εἷς ἦν ὁ Μόλπις, ὡς Ἀνδροτίων ἐν γ' Ἀτθίδος. — Harpocr. et Phavor. Δέκα καὶ Δεκαδοῦχος. Ἰσοκράτης ἐν τῇ πρὸς Καλλίμαχον παραγραφῇ „ἦρχον μὲν γὰρ οἱ ι', οἱ μετὰ τοὺς λ' καταστάντες". περὶ τῶν μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν λ' Ἀθήνησι χειροτονηθέντων ἀνδρῶν ι' καὶ τῶν ἑξῆς εἴρηκεν Ἀνδροτίων ἐν τῇ γ'. ἐκαλεῖτο μέντοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχος, ὡς δῆλον ποιεῖ Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους κλήρου. Etym. M. δεκαδοῦχος] δέκα μὲν ἦρξαν μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες· ἐκαλεῖτο μέντοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχος, ὡς δηλοῖ Λυσίας. — Foertschius et Franzius fragmentis quae Harpocr. servavit omissis illis duobus ex Prisciano erutis titulum ὑπὲρ Διογένους tribuerunt. Equidem

cum Tayloro et Westermanno titulum ap. Harp. extantem retinui eidemque fragmenta a Prisciano tradita subjeci; ex hisce enim jam apparere mihi videtur, inscriptionem ap. Priscianum mutandam esse. Sed cod. Monac. Spengelio (ad Varron. p. 631.) teste jam perspicue praebet *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους κλήρου*, nec vero *καὶ πρωΐ*, uti editores scripserunt; tum *οἰκειότατα* habet nec vero *οἰκειοτάτῳ*, sicuti Krehlius scripsit; denique pro *ὅτι ἔλθοι* praebet *ὁπότε ἔλθοι*. In secundo Prisciani loco *κλήρου* esse addendum jam articulus indicat. De Xviris jam supra (p. 26.) dixi. Diogenes tragoedus potissimum notus est, vocatus *Οἰνόμαος* (cf. Suid v. *Διογένης*, Plut. de aud. poet. c. 7, Julian. or. 7. p. 210. Sphm. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 33.), qui cum actore tragico (Aelian. v. h. III, 30, VI, 1. cf. Valcken. diatr. p. 182. a.) idem esse videtur. De ejusdem hereditate in hac oratione fortasse disputatum est.

36. *Πρὸς Διογένην περὶ χωρίου, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 38., Bekk. 16., Foertsch. et Franz. 20, Westerm. 71.)

„*Ἆρα οὐκ* (*ἆρ' οὖν*?) *ἀπράγμων εἶναι δοκεῖ ὑμῖν Διογένης, ὅς ἐπιδικάζεται μὲν τῶν κλήρων, ἀμφισβητεῖ δὲ τοῖς ὀρφανοῖς ὧν αὐτοῖς οἱ πατέρες κατέλιπον*; [Bekk. An. p. 145, 8: *Ἐπιδικάζομαι, γενικῇ· Λ. ἐν τῷ πρὸς Διογ. περ. χωρ.* „*ἆρα — κλήρων*"; pro *ὅς* Cod. *ὁ*. Bekk. An. p. 120, 14: *Ἀμφισβητῶ, γενικῇ. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διογ. π. χωρ.* „*ἀμφισβητεῖν — κατέλιπον*" *)]. — Harpocr. et Phavor. v. *ἀποτιμηταὶ καὶ ἀποτίμημα καὶ ἀποτιμᾶν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν. οἱ μισθούμενοι τὰς τῶν ὀρφανῶν οἰκίας παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἐνέχυρα τῆς μισθώσεως παρείχοντο· ἔδει δὲ τὸν ἄρχοντα ἐπιπέμπειν τινὰς ἀποτιμησομένους τὰ ἐνέχυρα κ. τ. λ. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διογ. ὑπὲρ μισθώσεως οἴκου, εἰ γνήσιος.* — Harp. v. *Σθένελος. Λ. ἐν τῷ πρὸς Διογένην. καὶ ἐν ταῖς διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένελος τραγῳδίας ποιητής. ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας* (cf. Meinek. q. s. II, 19.) *γράψας ὡς τὰ ἀλλότρια ἔπη σφετεριζόμενον.*

Quae omnia fragmenta unius ejusdemque orationis esse cum Westermanno puto. Diogenes quidam orborum domum

---

*) Bekkerum qui duo fragmenta in unum conjunxit et *ἀμφισβητεῖ* pro *ἀμφισβητεῖν* scripsit, cum Foertschio et Franzio secutus sum.

conduxisse videtur (cf. Meier. Proc. p. 295. Platner. Proc. II. p. 281 sqq. Schoem. ad Is p. 205), agrumque hypothecam obligavit (*ἀποτίμημα*, cf Boeckh. O. c. I, 158. ind. lectt. an. Berol. 1821.); quamobrem cum conducti pretio non soluto ager orbis commissus esset, Diogenes intercessit, et actor pro liberis hanc orationem habuit (cf. Meier. Proc. 492.). Sthenelus poeta tragicus qui commemoratur ab Aristophane (Gerytad. fr. 8.) et Platone (in *Σκευαῖς*) irridetur (cf. Schol. Ar. Vesp. 1312. Tyrwhitt. ad Arist. poet. c. 37).

37. *Κατὰ Διοδότου.*
(Tayl. 41., Westerm. 72.)

Harp. *Αὐλία· Λ. ἐν τῇ κατὰ Διοδότου καὶ Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. ἤτοι ἀντὶ τοῦ ἐπαύλεις ἢ ἀντὶ τοῦ μικρᾶς αὐλᾶς.* — Bekk. An. 463. 16. *'Αὔλια· ἀντὶ — αὐλάς· οὕτω Λ. καὶ Α. — Αὐλία θύρα πυλῶν καὶ ἡ αὔλιος· ἢ ἀντὶ — Αἰσχίνης.* — Zonar. *Αὐλία· ἀντὶ τοῦ ἔπαυλος· οὕτως Λ. καὶ Α.* Phavor. *Αὔλια ἀντὶ τοῦ ἔπαυλις. οὕτω Λ. καὶ Α.* — Lectio ap. Harp. omnium fere codd. Bekker., quorum unus tantum habet *Διοδήτου*, est *Διοδότου. Διοδώρου* Tayloro teste cod. Cantab. praebet. Diodotus vocabatur filius Eucratis demagogi (Thuc. II. 41. Schol. Ar. Equit. 831.), de alius caede oratio Antiphontis *περὶ τοῦ χορευτοῦ* habita est, atque apud Lysiam ipsum nomen occurrit fratris Diogitonis; Diodori nomen extat ap. Lys. de obtrectt. atque ap. Xen. Mem. II, 10. et Diod. XIII, 68. Ceterum *αὔλεως θύρα* occurrit etiam or. de caed. Erat. §. 16. cf. Koch. ad. Moer. p. 81.

38. *Πρὸς Διοκλέα ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου.*
(Tayl. 42., Westerm. 73.)

Theo II, 15: *Εὐπορήσομεν δὲ καὶ νόμων ἀνασκευῆς πολλαχοῦ μὲν παρὰ πλείστοις τῶν ῥητόρων, ἐντελέστατα δὲ παρὰ Δημοσθένει ἔν τε τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ 'Αριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην· κατασκευῶν δὲ παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου.* — Harpocr. *ἐάν τις γραψάμενος μὴ μεταλάβῃ τὸ ε' μέρος τῶν ψήφων, ὀφλισκάνει χιλίας καὶ πρόσεστιν ἀτιμία τις. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου διείλεκται περὶ τούτων καὶ Θεόφραστος*

ἐν τοῖς περὶ τῶν νόμων. Haec Harpocrationis verba ante Bekkerum cum verbis antecedentibus δώρων γραφὴ κ. τ. λ. cohaerentia ad fragmentum a Theone traditum pertinere Valesius (p. 91. s. p. 297. Lips.) conjecit, eumque secuti sunt Taylorus et Westermannus. Quod mihi quoque verisimillimum est. Valesius quidem addit: „Lex enim erat Athenis ut cum quis novam legem ferret qua vetus abrogaretur, pro veteri lege quidam publice constitutus diceret"; nihilominus autem quid haec oratio sibi voluerit incertus sum, Diocles quidam Demosthene teste (c. Timocr. p. 713.) legem tulit, ut omnes leges ante Euclidem in democratia latae vel sub Euclide latae et conscriptae legitimae essent, post Euclidem autem latae et in posterum ferendae legitimae essent ab illo die, quo singula quaeque ferretur, nisi quibus adscriptum esset tempus, nempe quota praetura agenda sit, anteaquam ratae esse coepissent, atque oporteret scribam intra diem a lata hac Dioclis lege trigesimum adscribere legi cuique jam validae, eam jam obtinere, sive Euclide esset vetustior, sive recentior. Num Diocles hac lege causam παρανόμων funditus voluerit delere, non apparet (cf. Harpocr. v. ῥητορικὴ γραφή); quod si constaret, contra illam legem antiquam defendisse Lysiacae orationis actorem verisimile est. Equidem fere crediderim, Iphicratem habuisse orationem, si nostrum Dioclem eundem fuisse, qui ab Demosthene Pitthensis vocatur (c. Mid. p 534; ex nobili gente cf. Isae. de Ciron. hered. §. 19.) statui licet. Alia est Dioclum Melitensium gens (cf. Bossler. de fam. Att. p. 7. 42.).

39. Κατὰ Διοκλέους ὕβρεως.
(Bekk. 17., Foertsch. et Franz. 21., Westerm. 74.)

„Ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐμὸς καὶ Κτήσων, οἰκεῖος ὢν ἡμῖν, συντυγχάνουσι τῷ Ἕρμωνι ἐν βοθύνοις ἀπιόντι." [Bekk. An. p. 173, 26: συντυγχάνω, δοτικῇ Λ. ἐν τῷ κ. τ. λ.]. — Diocles Phlyeenses in lite de Cironis hereditate ejus, qui Isaei orationem dixit, fuit adversarius, nefarius homo videtur fuisse. Ibidem enim §. 3. vocatur Ὀρέστης; ex Aristophane novimus quendam Orestem Timocratis f., cui cognomentum hoc, non proprium nomen fuisse videtur, infamem illo tempore grassatorem nocturnum (cf. Schol. Ar. Av. 712. 1487. Aristotelis fratrem? cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 54.), furorem quendam simulantem. Fieri igitur potuisse, ut etiam Diocles aliquando furiosus fuerit, ideoque Ὀρέστης sit appellatus conjecit Schoemannus (ad. Is. l. l.). Quod dubium relinquam;

ceterum ob hasce Isaei facetias Diocles λωποδύτης audit apud Themistium (or. 26. p. 398. Dind.). Porro Diocles ab Isaeo §. 44. in adulterio deprehensus atque sive privatim, sive in curia punitus esse dicitur. Denique τὸν μὲν τὴν πρεσβυτέραν (ἀδελφὴν αὐτοῦ) ἔχοντα κατοικοδομήσας καὶ ἐπιβουλεύσας ἠτίμωσε καὶ γραφὴν ὕβρεως γραφεὶς οὐδέπω τούτων δίκην ἔδωκε (§. 41.). Diocles igitur hoc loco ὕβρεως accusatus esse dicitur; sed causa nondum in foro judicata erat ac Diocles omni modo eam subvertere studuit. Nam orator dicit §. 44: τοῦτον μὲν οὖν οἷός ἐστι καὶ νῦν ἀκούετε καὶ αὖθις ἀκριβέστερον. πεύσεσθε, ὅταν κατ' αὐτοῦ τὴν δίκην ἡμεῖς εἰσίωμεν. Hac igitur lite de hereditate dijudicata orator iterum Dioclem accusare voluit, et revera ὕβρεως accusavit. Nam erat Isaei oratio κατὰ Διοκλέους ὕβρεως (cf. Westerm. hist. eloq. p. 294., adde Theon. I, 18.), ab Harpocratione omnibus fere locis κατὰ Διοκλέους citata, uno v. Ἀμαζόνιον, πρὸς Διοκλέα, accuratius autem eadem v. καταδικασάμενος et a Theone κατὰ Δ. ὕβρεως. In hac oratione omnia Dioclis facinora accuratissime erant exposita; verbum κατῳκοδόμησεν, quod saepenumero ibidem extabat, pertinuisse videtur ad narrationem hujus in alterius sororis maritum facinoris (cf. Schoem. ad. Is. p. 399 sq.). Ἠτίμωσε verbum, quod in oratione Isaei superstite occurrit (v. s.), de stupro intelligendum esse putat Meierus (Proc. p. 320.) per vim illato, quo facto is, qui stupratus sit, ἄτιμος sit factus. Quae opinio summo jam Schoemanno incredibilis esse videtur, quocum equidem verbum ἠτίμωσε acceptum velim pro: gravi et infami contumelia affecit. Voces singulae, quas Harpocratio citat, σταφυλοβολεῖον, ἐκπλινθεύσας et τοπεῖα, et quod Theo profert Demosthenem in orationem adv. Midiam ex Isaei or. κ. Δ. ὕβρεως multa hausisse, indicare mihi videntur Schoemanni sententiam verisimillimam esse. Historia, quae exposita est, simillima ei fuisse videtur, qua Alcibiades Agatharchum pictorem in sua domo inclusisse fertur; atque verbum ἠτίμωσε, si conjecturam audaciorem proferre licet, propria fere significatione ab oratore adhibitum est; ille enim, qui in domo inclusus erat, hac re ipsa a civium conciliis exclusus, a Diocle igitur quasi judice infamia notatus erat. Sed ne longius progrediar, extabat apud veteres Isaei oratio κατὰ Διοκλέους ὕβρεως. Haec a lexicographo Bekkeriano habita est Lysiae; (neque enim est dubium quin eadem sit; prorsus, alia erat Hyperidis oratio, quae laudatur a Galeno in Hippocr. de med. off. I, 3.), sed ex plerisque aliorum locis a Lysia videtur ab-

judicanda esse. Verba supra allata corrigenda esse putat Meierus (l. l.) vel in: ἐν βοθύνῳ ἰόντι, qua in lectione locus quidam prope Athenas in via sacra intelligendus sit, vel in: ἐς βοθύνους ἀπιόντι atque lusum quendam (ἐς βοθύνους ἰέναι παιδιά τις Bekk. An. 85, 4.) significari. Harpocratio et Suidas v. βόθυνος, τόπος τις ἰδίως οὕτω καλούμενος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ laudant Ἰσαῖον ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ ἐγγύης, de quo fragmento cf. Schoem. ann. ad Isae. p 493. Mirum est quod in hoc or. Lysiacae fragmento cum v. βόθυνος, tum nomen Ἕρμων occurrit; quare Meierus totum locum corruptum et mutilum esse conjecit, et equidem confiteor me hasce obscuritates illustrare non posse. Secunda, quam profert Meierus, emendatio mihi non satis placet, primam praetulerim; fortasse ἐν εὐθύναις legendum est.

40. Ὑπὲρ Διοφάντου περὶ χωρίου.
(Tayl. 43., Westerm. 75.)

Poll. VII, 17: Τοῦ δὲ ἀλείπτου οὐκ ὄντος ἐν χρήσει, ἀλείπτριαν εἰρήκασιν οἱ μέσοι κωμικοὶ καὶ Λ. ἐν τῷ Διοφάντου περὶ χωρίου. Vulg. lectio est ἐν τῷ Διοφάντου, Kuhnius conj. πρὸς Διοφ., Westerm. κατά, equidem cum Tayloro, Meiero (Proc. p. 493.), Westermanno scripsi ὑπὲρ Διοφ., quae fuerit lectio ante Iungerm., qui ipse negligenter videtur dicere. Diophanti nomen saepius cum apud Isaeum, tum apud Demosthenem occurrit, ita ut de oratione Lysiaca nihil conjicere ausim; notissimus Diophantorum est D. Sphettius (Isae. de Pyrrh. her. §. 22. Dem. c. Lacrit. p. 925.). De actionibus de peculio institutis cf. Meier. Proc. p. 492.

41. Πρὸς Διοχάρη, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 44., West. 76.)

Harp. Μεταλλεῖς, Λ. ἐν τῷ κ. τ. λ. οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι μεταλλεῖς ὀνομάζονται. cf. Bekk. An. 280, 11.

42. Πρὸς Δίωνα.
(Tayl. 45., Westerm. 77.)

Harp. Φάσκωλον. πήρα τις οὕτως ἐκαλεῖτο παρ' αὐτοῖς· Λ. ἐν τῷ κ. τ. λ. — Phot. p. 641, 26: φάσκ. πήρα — ἐκαλεῖτο, ὡς Ἰσαῖος καὶ Λυσίας; cadem habent Suidas et Etym. M. Dionis nomen extat ap. Platonem in Me-

nexeno et in Epp. Socr. 21. Dio quidam, Cono, Hermogenes, Callisthenes, Callimedon legati ad Tiribazum missi sunt quum muris Athenarum a Conone restauratis Spartani Antalcidam ad satrapam legarent (Xen. H. IV, 8, 13). Hyperidis adv. Dionem or. citatur ab Ulpiano ad Dem. Mid. p. 472.

43. Περὶ τῆς ἐγγυθήκης.
(Tayl. 46., Bekk. 18., Foertsch. et Franz. 22., West. 78.)

Athen. V. p. 209. f.: Καὶ λόγος τις εἰς Λυσίαν ἀναφέρεται τὸν ῥήτορα περὶ ἐγγυθήκης ἐπιγραφόμενος, οὗ ἡ ἀρχή· „Εἰ μὲν δίκαιον ἔλεγεν, ἢ μέτριον, ὦ ἄνδρες δικασταί, Λυσιμένης." ἐν ᾧ προελθὼν φησιν „Οὐκ ἂν ἐσπούδαζον περὶ αὐτῆς τῆς ἐγγυθήκης δικαιολογεῖσθαι (δικολογεῖσθαι Bekk.), ἣ οὐκ ἔστιν ἀξία τριάκοντα δραχμῶν." ὅτι δὲ ἡ χαλκῆ ἦν ἡ ἐγγυθήκη ἑξῆς φησι „Πέρυσι δὲ ἐπισκευάσαι αὐτὴν βουλόμενος ἐξέδωκα εἰς τὸ (sic Reisk. Bekk. Franz.; Vulg. εἴς τι) χαλκεῖον· ἔστι γὰρ συνθετὴ καὶ Σατύρων ἔχει πρόσωπα καὶ βουκεφάλια .... ἄλλο ἔτι μέγεθος τὸ αὐτό. ὁ γὰρ αὐτὸς τεχνίτης πολλὰ σκεύη ταὐτὰ καὶ ὅμοια ἐργάζεται." ἐν τούτοις ὁ Λυσίας εἰπὼν ὅτι καὶ χαλκῆ ἦν ἡ ἐγγυθήκη, σαφῶς παρίστησιν, ὡς καὶ ὁ Καλλίξενος εἴρηκε, λεβήτων αὐτὰς ὑποθήματα εἶναι. — Harp. et Phavor. ἐγγυθήκη. φέρεταί τις λόγος ὡς Λυσίου ἐπιγραφόμενος „περὶ τῆς ἐγγυθήκης". εἴη δ' ἂν σκεῦός τι πρὸς τὸ κρατῆρας ἢ λέβητας ἤ τι τούτων οὐκ ἀλλότριον ἐπικεῖσθαι ἐπιτήδειον εἶναι. — De incitegis (ἐγγυθήκαις) cf. Casaub. ad Athen. I. 1, Bekk. An. 245, 25; de pretio earum Boeckh. O. c. I, 118.

44. Περὶ τῆς εἰσφορᾶς.
(Tayl. 47., Westerm. 79.)

Harp. Ἐπιγραφέας τοὺς καθεστηκότας ἐπὶ τῷ γράφειν ὁπόσον ὀφείλουσιν εἰσφέρειν εἰς τὸ δημόσιον. Λυσίας κ. τ. λ. Cum his verbis comparat Taylorus Suid. v. ἐπιγραφομένῳ· ἰδιοποιουμένῳ, οἰκειουμένῳ· „Εἰ καὶ δόξαν ἔμελλε φέρειν τὰ ὑπ' ἄλλων εὑρημένα ἐπιγραφομένῳ," quae esse verba Lysiae putat. De ἐπιγραφεῦσι cf. Boeckh. O. c. II, 70.

45. Περὶ τῆς Ἐπιγένους διαθήκης.
(Tayl. 48., Bekk. 19., Foertsch. et Franz. 23., West. 80.)

„Ἐπειδὴ τοίνυν Ἐπιγένης ἀσθενὴς τριηραρχεῖν ἠναγκάζετο, ἀνάργυρος ὢν καὶ τῆς γῆς τῶν πολεμίων κρατούντων." [Suid. v. Ἐπιγένης· ὄνομα κύριον. „Ἐπειδὴ κ. τ. λ." et v. Ἀνάργυρος· ὁ ἀργύριον μὴ κεκτημένος, εἰ καὶ εἴη αὐτῷ ἱκανὴ οὐσία ἐξ ἑτέρων κτημάτων· Λ. ἐν τῷ περὶ Ἐπιγ. διαθ. „Ἐπειδὴ κ. τ. λ."]. Phavor. v. ἀναργ. habet eadem usque ad v. διαθήκης. cf. Bekk. An. 216, 9. Plures viri nominis Epigenis apud veteres occurrunt, e. g. Epigenes sycophanta ap. Lysiam, Antiphontis Cephisii f. Socratis discipulus (Plat. apol. p. 33. Xen. Mem. III, 12, 1.), Epigenes Cydathenaeensis Niciae pater (C. J. I. no. 213.), E. Eudii f. ap. Demosth. (adv. steph. I. p. 1104.) et E. Metagenis f. in inscr. (Boeckh. O. c. II, 216.), quorum avi intelligi possunt; de Epigene vero qui apud Isaeum (pro Eumathe p. 161. Schoem.) occurrit, non cogitandum est.

46. Πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους τῶν Βοῶνος παίδων.
(Tayl. 34., Westerm. 81.)

Harp. et Phavor. ἐπιτροπήν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου α' κ. τ. λ. ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι· — Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς κ. τ. λ. „Ἐπέτρεψεν, εἶπεν, ἀνδράσιν" ἀντὶ τοῦ ἐπιτρόπους κατέστησεν. Suid. ἐπιτρέπειν τοῖς οἰκείοις. Δημ. ἀντὶ τοῦ δικαστὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι. Λυσίας δὲ „Ἐπέτρεψεν κ. τ. λ. Eadem Zonaras. De hac locutione cf. Meier. Proc. 442. Tutores liberorum Boonis litem alicui intenderant, qui hac oratione se defendit (cf. Meier. p. 443.).

47. Ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους.
(Tayl. 49., Westerm. 82.)

Harp. Αὐθέντης. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους. Quo sensu vox a Lysia adhibita sit, non apparet; Phrynichus enim dicit (p. 120. Lob.): αὐθέντης μηδέποτε χρήσῃ ἐπὶ τοῦ δεσπότου ὡς οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτόχειρος φονέως. (cf. Bekk. An. 463, 4. Valcken. diatr. Eurip. p. 189.) Lobeckius addit: αὐθέντης interfector ap. Herod., Thucyd., Antiph., quem ple-

rique veterum oratorum *αὐτόχειρα* (cf. Spohn. ad Isocr. Paneg. §. 111.) dicere maluerunt. De orat. titulo cf. infra frgm. 65. Eratosthenes vero hicce est ignotus.

48. Πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων, εἰ γνήσιος. (Tayl. 51., Westerm. 83.)

Harp. *Ἑβδομευομένου· Λ. ἐν τῷ πρὸς κ. τ. λ. τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας ἦγον καὶ τά γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς οἱ μὲν τῇ ἑβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ λέγει, οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ. Ἀριστοτέλης δ' ἐν θ' περὶ ζώων ἱστορίας γράφει ταυτί· „τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ".* Plerique veterum statuunt, liberis die decimo nomina dari solita esse, cf. Maussac. ad Harp. p. 137. (p. 176. Lips.). *Πρὸς Αὐτοκλέα* legendum esse conjecit Iungermannus (ad. Poll. VII. 200.). Eteoclis nomen extat ap. Cratin. p. 71. (cf. Bergk. ad calc. Andoc. Schiller. p. 119.).

49. Περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν. (Tayl. 52., Bekk. 20., Foertsch. et Franz. 24., West. 84.)

Harp. *Κεῖοι. Λυσίας κ. τ. λ. „οἱ Κεῖοι μὲν πόλις τοσαύτη". Κέως μία τῶν Κυκλάδων νήσων, παρακειμένη τῇ Ἀττικῇ. τὴν νῆσον δὲ πόλιν ὠνόμασεν ὁ ῥήτωρ.* Phot. p. 167, 5. *Κίος· νῆσος μὲν μία τῶν Κυκ. παρακ. τῇ Ἀττ. πόλιν δὲ τὴν νῆσον Λυσίας ἐκάλεσεν· ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλάκις τῶν ῥητόρων τὰς νήσους πόλεις ὀνομάζουσι.* — Harp. *μεταπύργιον· Λ. ἐν τῷ π. τ. ι. ε. τὸ ἐν μέσῳ οἰκοδόμημα τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους πύργων μεταπύργιον ἐλέγετο· οὕτω καὶ Θουκυδίδης πολλάκις, ὥσπερ ἐν τῇ γ'.* Phot. 262, 8: *μεταπύργιον. ἐν μέσῳ — ἐλέγετο· οὕτω Θουκ. καὶ Λυσίας.* eadem Suidas. — Harp. *Φηγαιεῦσι. Λ. ἐν τῷ π. τ. ι. ε. Φηγαιῆς δῆμος τῆς Αἰαντίδος, ὥς φησι Διόδωρος.* — De Ceo insula cf. Intpp. ad Anton. Lib. p. 100. Koch. de v. *μεταπύργιον* Lob. ad Phryn. p. 489. Oratio nostra in actione *ἀπογραφῆς* mihi videtur esse habita; eam ad actionem *ἀχαριστίας* spectare fortasse suspiceris, sed talem causam non fuisse summo jure viri docti contendunt (cf. Meier. Proc. p. 489.).

50. Ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων πρὸς Εὐθίαν.
(Tayl. 53., Westerm. 66.)

Poll. X, 96: πρὸς δὲ καὶ Λυσίᾳ λόγος ἐστὶν εἰρημένος ὑπὲρ, κ. τ. λ. Nescio an hic Euthias fuerit ille qui Phrynen meretricem accusavit; contra eum extitit Hyperides; τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας, dicit Harpocratio.

51. Κατ' Εὐθυδίκου.
(Tayl. 54, Bekk. 21, Foertsch. et Franz. 25, Westerm. 85.)

Harpocr. ἀμφιδέαι εἰσὶ περισκελίδες τινές· Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. ἰδίως δὲ Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ε. φησίν· „Οὐ δυνάμενος δ' ἐκβαλεῖν διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὰς θύρας." Eadem habet Suid. v. ἀμφιδέας (om. δ'). — De variis Euthydicis ex Demosthenis tempore cf. Schmidt. ad Dinarch. adv. Dem. §. 33. De nostra or. disputat Gronovius (ad Harp. p. 26. s, p. 222. Lips.): Haud dubie agitur de causa privata, ubi vel maritus uxorem, vel alius alium voluit domo expellere, quod facere non potuit quia tertius in eadem domo id futurum praevidens fores catenis obseraverat; et fortassis ne domus quidem intelligenda est, sed modo taberna, ut ap. Iuvenal. III, 304. Quibus Gronovii verbis neque assentiri, neque obloqui volo; nihil enim nisi conjecturae sunt atque affirmatione: „sine dubio" juste carere debebant.

52. Ὑπὲρ Εὐθύνου.
(Bekk. 22, Foertsch. et Franz. 26. Westerm. 87.)

„Καὶ τοῦτο ἐποιήσαμεν οὐκ αὐτοτελῶς, ἀλλ' ἀκριβῶς". Bekk. An. 467, 32. habent: αὐτοτελῶς. σημαίνει μὲν τὸ πλείως. Λυσίας δὲ ἀντὶ τοῦ ὡς ἔτυχεν ἐχρήσατο· ὡς ἂν τῷ ὑπευθύνου καὶ τοῦτο κ. τ. λ. Ex his corruptis verbis Bekkerus titulum ὑπὲρ Εὐθύνου effecit. Cogitari licet vel de Euthyno (Εὐθύνους, Εὐθυνός), contra quem Isocrates orationem conscripsit, vel de alio Euthyno (Εὔθυνος) qui dicitur a Demosthene (adv. Mid. p. 337.) Sophilum athletam interfecisse; quae caedes quamquam Sami perpetrata est, tamen Athenis dijudicata. Etiam Euthynus quidam homo elegans ab Antiphane irrisus est (Athen. VIII, 342. e.).

53. *Κατ' Εὐκλέους χωρίου ἐξούλης.*
(Tayl. 55, Westerm. 86.)

Harp. „*αὐτομαχεῖν*" *τὸ δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου. οἷον ἐάν τις εἰς πρατῆρα ἀνάγῃ, πρὸς ἐκεῖνον ἀποφαίνει τὴν δίκην οὖσαν· καὶ ἐάν τις παρέχῃ τὸν διαμαρτυροῦντα μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, αὐτὸς μὲν οὐκέτι ἀγωνίζεται, πρὸς δὲ τὸν διαμαρτυρήσαντα ὁ ἀγών ἐστι. Λυσίας κ. τ. λ.* Ante Bekkerum legebatur *Εὐθυκλέους*. Codd. quidam Mauss. hoc viro docto teste habent *Εὐκλέους* atque Maussacus nostram orationem fortasse confundendam esse cum ea quam Pollux *κατ' Αὐτοκλέους* citat opinatus est. Cum vero etiam codd. Bekkeriani omnes nulla varietate adnotata *Εὐκλέους* praebeant, hanc formam adscivi. De verbo *αὐτομαχεῖν* cf. Meier. Proc. 527 sq., Schoem. ib. p. 650; de *δίκῃ ἐξούλης* s. actione rei judicatae Hudtwalcker. de diaet. p. 134 sqq., Heffter. Gerichtsv. p. 456 sqq., Meier. Proc. p. 485 sqq., Schoem. ibid. p. 749 sqq., Lelyveld. de infam. p. 208 sqq.

54. *Ὑπὲρ Εὐκρίτου διαμαρτυρία, εἰ γνήσιος.*
(Tayl. 56, Bekk. 23, Foertsch. et Franz. 27, West. 88.)

Harp. „*Ἀδηφάγους τριήρεις*" *Λυσίας λέγει ἐν τῇ ὑπὲρ Ε. διαμαρτυρίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, καὶ ἀδηφάγον πεντηκόντορον Φίλιστος· λέγοιεν δ' ἂν τὰς ἐντελομίσθους καὶ πολλὰ ἀναλισκούσας· ἔοικε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οἵτινες εἰώθασιν ἔδμεναι ἄδδην κατὰ τὸν ποιητήν. Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν.* Phavor. v. *ἀδηφάγος, Λ. ἐν τῇ ὑπὲρ Ε. μαρτυρίᾳ, τὴν ἐντελομ. κ. τ. λ.* Pollux I, 121: *πληρώματα δὲ ἐντελῆ, ἀκριβῆ, κατεσκευασμένα, εὐδόκιμα, ἐντελόμισθα, τὴν δὲ τοιαύτην ναῦν Λυσίας καὶ ἀδηφάγον εἴρηκε.* Photius p. 9, 21: *Ἀδηφάγοι, ἀγωνισταὶ ἵπποι κ. τ. λ. ἀλλὰ καὶ ἀδηφάγον εἶπεν Λυσίας τὴν τέλειον μισθὸν λαμβάνουσαν τριήρη· Ἀλκαῖος δὲ ὁ κωμικὸς καὶ τοὺς πότας λεγομένους λύχνους ἀδηφάγους ἔφη χαριεντισάμενος κ. τ. λ.* Hesych. v. *ἀδηφάγοι. Λυσίας δὲ κατὰ μεταφορὰν ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐκρίτου μαρτυρίᾳ* (l. *διαμαρτυρίᾳ*) *τὴν ἐντελόμισθον ναῦν. Ἀλκαῖος δὲ κ. τ. λ.* Ap. Hesych. cum Heins. et Albert. suppl. *ἀδηφάγον τριήρη.* Eustath. ad Hom. Od. *α.* p. 24, 33: *Λυσίας δὲ καὶ ναῦν ἀδηφά-*

γον φησὶ τὴν τὸν μισθὸν λαμβάνουσαν ἐντελῆ κ. τ. λ. cf. Apost. prov. I, 49. Vocem ἀδηφ. simplici δ scribendam esse docet Eustathius; utrum spiritu aspero an leni notanda sit, ei dubium est. Ἀδηφάγος τριήρης proprie est Photio teste (p. 9, 11.) τρ. μεγάλη ἢ ἔχουσα τὰ πληρώματα ἐντελῆ. cf. Bekk. An. 343, 27. 203, 19, quare naves Paralia Salaminiaque διὰ τὰ εἰς αὐτὰς ἀναλώματα ἀδηφάγοι τριήρεις appellabantur (Moeris 192, 9. Bekk.). Litem, in qua Eucritus sive actor sive reus erat, testis aut licitam aut illicitam esse hac oratione probavit (cf. Schoem. Proc. p. 639.).

55. Πρὸς Εὐπείθην.
(Tayl. 57, Westerm. 89.)

Harp. „Δερμηστής". Λ. ἐν τῷ πρὸς Ἐ. Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὸν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ, ἐν ζ' τῆς ἀπορουμένης λέξεως, Ἀρίσταρχος δὲ τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος τὸν ὄφιν ἀπέδωκε. μήποτε δὲ μᾶλλον ἂν εἴη ὅστις τὰ δέρματα ἐσθίει δερμηστής, ὡς ὑποσημαίνεται καὶ ἐν στ' Μιλησιακῶν Ἀριστείδου. Etym. M., Zonar., Phavor. Δερμηστής. Λυσίας μὲν τὸν σκώληκά φησιν οὕτω λέγεσθαι· Ἀρίσταρχος δὲ τὸν ὄφιν· εἴη δ' ἂν μᾶλλον ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων. ἐκ τοῦ ἔδω. cf. Hesych. h. v., Bekk. An. p. 240, 14. — Eupithes quidam senator in inscr. ante Euclidem facta (ap. Boeckh. O. c. II, 199.) commemoratur. In Harp. Codd. legitur δερμιστής, quam formam quamvis Gronovius (ad Harp. p. 52. s. p. 240. Lips.) tueatur, Bekkerus cum Tayloro ex alior. lexiogr. locis correxerunt.

56. Κατ' Εὐφήμου.
(Tayl. 58, Westerm. 90.)

Harp. „Λαμπάς." Λ. ἐν τῷ κ. Ἐ. τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδας, Παναθηναίοις καὶ Ἡφαιστείοις καὶ Προμηθείοις κ. τ. λ. — Harp. Πυελίδα τὸ ἐφ' ἡμῶν λεγόμενον σφραγιδοφυλάκιον. Λ. ἐν τῷ κ. Ἐ. καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν (fr. 15.). Phot. p. 472, 18: πυελίδα, τὸ κ, τ. λ. οὕτω Λ. καὶ Ἀ.; eadem Suidas. Poll VII, 179: τὸ δὲ ἵνα ὁ λίθος ἐναρμόζεται, πύελός τι καὶ πυελὶς, ὡς ἔφη Λυσίας. cf. Hesych. h. v., Bekk. An. 295, 10. — Euphemi plures commemorantur, E. legatus ap. Thuc. VI, 75. (Arist. Vesp. 599?), diversus ab E. Teleclis f. Calliae fratre

in lite de Hermis truncatis instituta a Dioclide denunciato (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 49. 52.); diversi etiam fortasse sunt pater Callicratis (Dem. c. Androt. p. 611.) et gener Mantithei, qui oratt. c. Boeot. habuit (cf. Dem. c. Boeot. de dote p. 1011.). Euphemus contra *ταμίας* qui in inscr. ex Ol. 88, 3. vel sequentibus annis (ap. Boeckh. C. I. I. p. 189.) laudatur, idem esse videtur, quem Thucydides commemorat. Ceterum de decursionibus cum facibus factis cf. quos citat Schoemann. ad Is. p. 350.

57. *Περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου.* (Tayl. 59., Bekk. 24. 25., Foertsch. et Franz. 28. 29., West. 91.)

Priscian. 18, 25. p. 221. Kr.: Illi (Attici) *μέλλω ποιεῖν καὶ ποιῆσαι καὶ ποιήσειν. Λ. ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησ. κλ.* „*Ὡς ἔμελλεν ἐπί τε τοὺς βωμοὺς εἶναι καὶ νομιζόμενά γε ποιήσειν*". Ceteri Prisciani codd. quum *περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου· κλῆρον ὡς* praebeant, cod. Monac. (Spengel. ad Varron. p. 631.) recte genitivum habet. Tum Reisk. et Krebl. habent *εἶναι*, Bekkerus, Foertschius, Franzius *ἰέναι*, sed Spengelius cod. Mon. secutus defendit *εἶναι*. — Priscian. 18, 23. p. 187, Kr.: Juxta et prope et dativo et accusativo junguntur. Plato: *τούτων ἐγγύτατα. Λ. ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου* (ante Krebl. *Ἀγησάνδρου*)· „*πρὸς τοὺς ἐγγύτατα γένους συνοικοίη*"; sic legunt Reiskius, Bekkerus, Franzius; Krehlius autem et Foertschius: *κἂν τούτοις ἐγγύτατα γένοιο συνοικῶν.* Codex vero Monac. (Spengel p. 632.) praebet *ΚΑΝΡΟΥ ΤΟΥC ΓΕΝΟΙC CΥΝωΚΟΙΝ*; Spengelius ex verbo *ΚΑΝΡΟΥ* elicuit v. *κλήρου* optime (quid enim articulus nudus sibi vellet?) et ex codicis vestigiis *συνῴκουν*, atque initio *τοῖς* scribi mavult. — Harp. *κακώσεως δίκης ὄνομά ἐστι ταῖς τε ἐπικλήροις κατὰ τῶν γεγαμηκότων, καὶ κατὰ τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι, καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τοῖς ὑπὲρ ὀρφανῶν. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους καὶ Λυσίας ἔν τε τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πυράνδρου κλήρου. ὅτι δὲ ἐξῆν καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι κακώσεως γονέων καὶ ταῖς ἐπικλήροις βοηθεῖν, δηλοῦται ἔν τε τῷ προειρημένῳ λόγῳ Ὑπερίδου καὶ ἐν τῷ Λυσίου κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος. ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος.* Photius p. 126, 1. et Suid. *κακώσεως· δίκης — ὀρφανῶν. οὕτω Δημοσθένης καὶ Λυσίας καὶ Ὑπερίδης.* Lis fuisse videtur *ἐπιδικασία* de filia Hegesandri herede. Ceterum cf. infra frgm. 115.

58. Πρὸς Θεοπείθη ἐπιτροπῆς ἐπίλογος.
(Tayl. 61, Westerm. 92.)

Harp. Ἐπιδιατίθεσθαι. Λ. ἐν τῷ πρὸς Θ. ἐπιτρ. ἐπιλόγῳ. ἐπιδιατίθεσθαί ἐστι τὸ συνθήκας τινὰς ποιεῖσθαι κατατιθεμένους τι ῥητὸν ἀργύριον παρά τινι τῶν μεταξὺ γινομένων, ὅσπερ ἐγγυᾶται ἑκατέρῳ ὥστε εἰ ἡ πρᾶξις γένοιτο, θατέρῳ πάντως τὸ ὡμολογημένον ἀργύριον ἀποδοῦναι. τὸ δὲ πρᾶγμα αὐτὸ λέγεται ἐπιδιαθήκη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Νησοκλέους δηλοῖ. — Accusatus quidam ob tutelam male gestam a Theopithe hac oratione se defendit, inprimis de argento deposito disputans. De ἐπιδιαθήκῃ cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 53. sqq.

59. Κατὰ Θεοπόμπου αἰκίας.
(Tayl. 62, Westerm. 93.)

Athen. II. p. 67. f.: λεκτέον δὲ ὀξύγαρον διὰ τοῦ ῡ, καὶ τὸ δεχόμενον αὐτὸ ἀγγεῖον ὀξύβαφον. ἐπεὶ καὶ Λ. ἐν τῷ κ. Θ. α. εἴρηκεν· „Ἐγὼ δ' ὀξύμελι πίνω." — Theopompus quidam aliquem verberaverat, quare ab eo δίκῃ αἰκίας accusatur, de qua cf. Meier. Proc. p. 547. sqq.

60. Περὶ Θεοπόμπου κλήρου.
(Tayl. 63, Westerm. 94.)

Harp. Ὀργέων ἀντὶ τοῦ ὀργεώνων Λυσίας ἐν τῷ περὶ Θ. κλήρου. Suid. et Phavor. Ὀργεῶν (sic) ἀντὶ τοῦ ὀργεώνων. Λυσίας. De vocis ὀργεῶνες significatione viri docti inter se dissentiunt. Schoemannus enim (ad Is. p. 208. sqq.) autumat fuisse hoc sodalitium earum familiarum quae, quamvis nulla gente illarum 360 continerentur, tamen essent naturali inter se cognatione conjunctae et a communi quodam progenitore oriundae, eosdem necessario θεοὺς πατρῴους, eadem ἱερὰ πατρῷα colerent. Cui sententiae quae opponi possunt attulit Meierus de gentil. Att. p. 24. et 26. qui aeque ac Wachsmuthius (antt. Gr. I, 1, 236.) statuit inter γεννήτας et ὀργεῶνας nullum fuisse discrimen. Utri virorum doctorum equidem assentiar adhuc in dubio sum; Schoemanni sententiam Meierus quidem mihi videtur subvertisse, sed etiam Meieri sententia mihi valde incerta est, quia cum apud Isaeum non solum l. l. de Menecl. her. §. 14, cui loco Schoemannus annotationem suam subjunxit, sed etiam §. 45. vox eodem nexu occurrit, tum memorabilis est Photii locus p. 345, 7: ὀργεῶνες·

σύνταγμά τι ἀνδρῶν· ὡς τῶν γεννητῶν καὶ φρατόρων· ὀνομασθὲν ἀπὸ τοῦ κοινῇ ὀργιάζειν· οἷον θύειν καὶ εὔχεσθαι (cf. Hermann. in Actt. Antt. Darmst. 1835. p. 1147.). Theopompi nomen vulgare est; ex Lysiae tempore praesertim huc spectare crediderim illum Theopompum qui apud Isaeum in or. de Dicaeog. her. commemoratur (cf. stemma ap. Schoem. p. 287.); quae oratio Schoemanno probante (p. 292.) Ol. 97, 3. habita est; actores postquam avunculi Dicaeogenis secundi hereditatem Dicaeogeni tertio eripuerunt, Theopompi liberi fortasse Dicaeogenem tertium ob bona patria inter tutelam male disjecta (vid. §. 10.) accusaverunt. Ad hanc actionem sine dubio orationem referrem, si modo titulus concederet.

61. Κατὰ Θεοσδοτίδου.
(Tayl. 60, Westerm. 95.)

Pollux VIII, 46: προβολαὶ δὲ γίγνονται τοῦ δήμου ψηφισαμένου καὶ τῶν εὐνουστάτων τῇ πόλει, ὡς Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεοσδοτίδου, περὶ ἀμφοῖν. Ad haec verba Schoemannus (de comit. p. 232.) annotat: „Quid? iis tantum suffragium dabatur, qui bene de republ. sentirent et illud περὶ ἀμφοῖν quid significet? Putavi aliquando rescribendum esse κατὰ τῶν ἐνισταμένων τῇ πόλει — καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν, de iis qui reipubl. adversarentur et de magistratibus. Nunc autem haec probabilior videtur sententia, omnia illa verba descripta esse ex narratione quadam Lysiae in or. adv. Theosd., sed fine mutilata aut scribae culpa aut aliquo casu. Oratori certam aliquam causam narranti dicere licuit, omnes eos qui civitatis amantes essent, suffragium in ista causa tulisse, sed in προβολῆς definitione inepta est ea observatio." Hac annotatione acuta Schoemannus nos arcuit, quominus aliquid certi de causa qua oratio habita sit constituamus. Theosdotides vero quidam commemoratur ap. Demosth. adv. Mid. p. 533.

62. Κατὰ Θρασυβούλου, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 64, Westerm. 96.)

Harp. et Phavor. Ἀναξίβιος. Λ. ἐν τῷ κατὰ Θρ. Λακεδαιμονίων δὲ ἦν στρατηγός. — Iid. Δικαιόπολις. Λ. ἐν τῷ κ. Θρ. εἰ γνήσιος. πόλις ἐν τῇ Θράκῃ πλησίον Ἀβδήρων. τυχὸν δὲ καὶ ἑτέρα τίς ἐστι Δικαιόπολις. — Iid. Ἐπιθέτους ἑορτάς. Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ. τὰς μὴ

πατρίους ἄλλως δ' ἐπιψηφισθείσας ἐπιθέτους ἐκάλουν. ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλα ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν, ὡς σαφὲς ποιεῖ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφήν. ἐπιθέτους δὲ ἐπιστολὰς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θρ. τινὰς ὀνομάζει, λέγοι δ' ἂν τὰς δοθείσας τισὶν ὥστε διακομίσαι. λέγειν γὰρ ἦν εἰθισμένον „ἐπέθηκεν ἐπιστολὴν" ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν. Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ. Etym. M.: Ἐπιθέτους ἑορτάς. Ἰσοκράτης — ἐδίκαζε. Λυσίας δὲ ἐπιθέτους ἐπιστολὰς λέγει τὰς δοθείσας τισὶν, ὥστε διακομίσαι. καὶ ἐπιθεῖναι ἐπιστολὰς, ἀντὶ τοῦ παραδοῦναι· καὶ ἐπέθηκεν ἀντὶ τοῦ παρέδωκε· ῥητορική. Idem brevius Zonaras. — Harp. Ἰσμηνίας· Λ. ἐν τῷ κ. Θρ. εἰ γνήσιος· εἷς τῶν παρ' Ἀθηναίοις ἦν πολέμαρχος ἐπιφανής. — Harp., Phot., Suid. v. Πολύστρατος, vide supra orat. XX. init. — Harp. Πύρρα. Λ. ἐν τῷ κ. Θρ. εἰ γνήσιος· Πύρρα μία πόλις ἐστὶ τῶν ἐν Λέσβῳ, ὡς μαρτυροῦσιν οἱ τοὺς περιόδους γράψαντες. — Id. Σεύθης. Λ ἐν τῷ κ. Θρ. ἐστὶ δὲ εἷς τῶν ἐν Θρᾴκῃ βασιλέων. — Id. Στρούθης. Λ. ἐν τῷ κ. Θρ. σατράπης τις βασιλέως ἦν.

Haec oratio ab Harpocratione pluribus locis Lysiae abjudicatur; quibus ex caussis, hoc vix nobis conjicere licet. Thrasybulum Stiriensem scimus ob legem quam pro Lysia tulerat παρανόμων ab Archino accusatum esse; factum igitur non videtur, ut Lysias contra talem amicum orationem conscriberet. Sed suspiceris Thrasybulum Colyttensem, Thrasonis filium, intelligendum esse, inimicum illum Alcibiadis; legimus enim apud Demosthenem (c. Timocr. 742.), eum bis vinculis injectum fortasse per ἀπαγωγὴν et damnatum esse. Sed voces omnes quas ex Pseudo-Lysiae oratione affert Harpocratio, opinionem affirmant, de Thrasybulo Stiriensi vel de ejus genere debere cogitari. Anaxibius Lacedaemoniorum dux illo tempore quum decem millia Graecorum ex Assyria redirent ad Byzantium castra habuit (v. Xen. Anab. VII, 1, 2. V, 1, 4. 9, 16. VI, 4. 13. Diod. XIV, 30.); Thrasybulo mortuo in Hellespontum missus brevi post ab Iphicrate impugnatus occidit (Xen. H. IV. 8, 32. 39.). De Ismenia nihil amplius comperi. Polystratus vero qui propter Hermas mutilatos necatus esse dicitur, ab Andocide (de myst. §. 13.) commemoratur (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 33.; de alio militum mercenariorum in bello Corinthio duce cf. Voemel. ad Dem. Philipp. I. p. 182.). Seuthes est Odrysarum imperator navalis,

cujus filiam Ergoclis suasu (Lys. c. Ergocl. §. 5, cf. Meier. de bon. damn. p. 235.) uxorem duxit Thrasybulus; et quem cum Amadoco (Medoco ap. Diod.) rege Odrysarum reconciliaverat Ol. 97, 1; inde a quo tempore uterque Atheniensibus erat amicus (Xen. H. IV, 8, 26. Diod. XIV, 94.); decem vero illa Graecorum milia reversa Seuthis castra sequebantur. Struthes denique est satrapa regis Persarum. Jam autem quo tempore Thrasybulus Stiriensis accusatus sit nescio. Schneiderus quidem (ad Xen. H. IV, 8, 24.) Thrasybulum ante Ergoclis reditum a Lysia esse accusatum conjecit; haec vero opinio falsa est. Uterque quidem Ol. 97, 3. revocabatur ut pecuniarum publicarum rationes redderet consumtarum, sed antequam redibant Thrasybulus ab Aspendiis occisus est. Itaque equidem crediderim, hanc orationem spectare ad Thrasybuli filium. Demosthenes enim dicit de fals. leg. p. 431: *τί οὖν; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ὑμεῖς — ὑπομενεῖτε — πρῴην Θρασύβουλον ἐκεῖνον τὸν Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον τάλαντα δέκα ὠφληκέναι*; quo in loco explicando nihil praebent intpp. in Schaeferi Apparatu. Thrasybulus igitur Stiriensis ducis insignis filius falsae legationis accusatus est; quo tempore nescio; nam tota res mihi aliunde ignota est. Contra eum Lysiam orationem conscripsisse vero dissimillimum est; hoc certe ex amicitia quae erat inter ejus patrem atque oratorem colligi licet. Quare num genuina sit oratio summo jure Harpocratio videtur dubitasse.

63. *Πρὸς Ἱπποθέρσην.*
(Tayl. 65., Westerm. 97.)

Harpocr. et Phavor. *ἀφανὴς οὐσία καὶ φανερά. ἀφανὴς μὲν ἡ ἐν χρήμασι καὶ σώμασι καὶ σκεύεσι, φανερὰ δὲ ἡ ἔγγειος. Λ. ἐν τῷ πρὸς Ἱππ.* Suid. et Bekk. An. 468, 23: *ἀφανὴς οὐσία λέγεται ἡ ἐν — ἔγγειος. Οὕτω Λυσίας.* — Harp. *Ἱερώνυμος· Λ. ἐν τῷ πρ. Ἱππ. Ἱερωνύμου τοῦ στρατηγήσαντος Ἀθηναίων ἄλλοι τε μνημονεύουσι καὶ Ἔφορος ἔν τε τῇ ιη' καὶ ἐν τῇ ιθ', ἕτερος δ' ἐστὶν Ἱερώνυμος Μεγαλοπολίτης, οὗ μνημονεύει Δημοσθένης κ. τ. λ.* Hieronymus hicce mihi aeque ac Marxio (Ephor. fr. 135. p. 246.) ignotus est; ex Schneideri conjectura idem fuisse videtur quem a Conone Ol. 96, 1. priusquam ad regem abiisset, cum Nicodemo *ἐπὶ τοῦ στόλου* praefectum esse testatur Diodorus 14. 81. Xenophon eum omisit atque solum Nicophemum (Nicodemum?) memoravit.

64. *Πρὸς τοὺς Ἱπποκράτους παῖδας.*
(Tayl. 67, Bekk. 26, Foertsch. et Franz. 30, Westerm. 98.).

„*Οὐχ ἱκανὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῖς ἐπιτρόποις ὅσα πράγματα διὰ τὴν ἐπιτροπὴν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ διασώζοντες τὰς τῶν φίλων οὐσίας συκοφαντοῦνται ὑπὸ τῶν ὀρφανῶν πολλοί. ὅπερ κἀμοὶ νῦν συμβέβηκεν. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καταλειφθεὶς ἐπίτροπος τῶν Ἱπποκράτους χρημάτων καὶ διαχειρίσας ὀρθῶς καὶ δικαίως τὴν οὐσίαν καὶ παραδοὺς τοῖς υἱοῖς δοκιμασθεῖσι τὰ χρήματα ὧν ἐπίτροπος κατελείφθην, συκοφαντοῦμαι νῦν ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως.*" Dionysio Hal. qui haec servavit (Isae. 9. p. 599. R.), teste hoc est principium orationis, quam Lysias pro eo conscripsit, qui a fratribus uxoris tutelae male gestae accusabatur. Hippocratis liberi, de quibus in hac or. sermo erat, diversi fuisse videntur ab illis quos propter ruditatem immunditiemque Aristophanes et Eupolis irriserunt quosque Schol. Ar. Nub. 988. Demophontem, Periclem, Telesippum vocat (cf. Schol. Ar. Thesm. 273. Athen. III. 96. e. Eupol. *δημ.* fr. 13. Runkel. Raspe de Eupol. *δήμ.* p. 23 sq. p. 52 Galen. de animi morib. cap. 4.).

65. *Πρὸς Ἰσόδημον.*

Harp. *αὐθέντης. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Ἐρατοσθένους. ἐν τῷ πρὸς Ἰσόδημον ἰδίως ἔταξεν ἐπὶ τῶν λ', οἱ δι' ἑτέρων εἰργάζοντο τοὺς φόνους· ὁ γὰρ αὐθέντης ἀεὶ τὸν αὐτόχειρα δηλοῖ.* Ante Bekkerum legebatur: *αὐθέντης ὁ αὐτόχειρ ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης. Λυσίας δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους πρὸς Ἰσόδημον ἰδίως κ. τ. λ.*, quare utramque orationem in unam contulerunt Taylorus et Westermannus. Equidem in utraque dirimenda Bekkeri Codd. secutus sum. Respicit ad h. l. Suidas v. *αὐθέντης*, qui vulg. Harp. lectionem exhibet.

66. *Πρὸς Ἰσοκράτην αἰκίας.*
(Tayl. 10., Bekk. 27., Foertsch. et Franz. 31., Westerm. 99.)

Photius 614, 10., Suid. et Etym. M. *ὕβρις· ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπηρείας. Αἰκία δὲ, πληγαὶ μόνον· Λ. ἐν τῷ περὶ αἰκίας πρὸς Ἰσοκράτην· „Καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν ὅτι τὴν μὲν αἰκίαν χρημάτων ἔστι μόνον τιμῆσαι, τοὺς δὲ ὑβρίζειν δόξαντας ἔξεστιν ὑμῖν θανάτῳ*

ζημιοῦν;" — Pollux VIII. 46: προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἱπποκράτην αἰκίας. — Taylorus secutus est Pollucem in titulo constituendo, Bekkerus vero, Foertschius, Franzius, Westermannus titulum ex ceteris sumserunt. De δίκῃ αἰκίας cf. Boeckh. O. c. I, 398. 401. Meier. Proc. p. 547 sqq. 185. 326. de προβολῇ quae in hac oratione mentionem quidem, sed non locum habuit, ibid. p. 272., Schoem. de com. p. 232. Hippocrates si quis hujus nominis in ea lite in qua haec oratio defensoria habita est actor fuit, fortasse est Apollodori f. Phasonis frater (Plat. Protag. p. 310. a., ubi cf. Schlrm.); Hippocrates quidam Hippocratis f. Probalisius testis est in Dem. or. adv. Neaer. p. 1387. Equidem vero cum Bekkero Isocratem fuisse actorem scripsi. Quis fuerit nescio; etiamsi autem orator intelligendus est, tamen inimicitia quam inter Lysiam et Isocratem fuisse ex Maximo Planude collegit Taylorus, ad hanc orationem, etiamsi Lysiam ipsum habuisse statuas non spectat. Taylorus adversarium Isocratis fuisse putat Lysiam juniorem quem effinxit; fictionem autem illam de duobus Lysiis rejecimus, itaque immicitia revera inter oratores celeberrimos extitisse videtur; sed loci, quos Taylorus citat, nil probant. Maximus enim Planudes dicit (T. V. p. 515. W.): Ἰσοκράτης ἀντισοφιστεύων Λυσίᾳ καὶ γοργιάζων; quid autem haec verba sibi velint, ex praecedentibus elucet: ὡς οὐ πρὸς ἀγῶνα, ἀλλὰ πρὸς ἔνδειξιν γράφων λόγους, καὶ ἀντισοφιστεύων Λυσίᾳ, καὶ γοργιάζων i. e. Lysias orationes forenses scripsit, Isocrates contra scholasticas Gorgiae more. Athenaei locum infra inter epistolas afferam.

67. Περὶ τῆς Ἰφικράτους προδοσίας.
(Tayl. 69, Westerm. 100.)

Plutarch. vit. L. p. 326: συνέγραψε δὲ λόγω — ἐνίκα (cf. frgm. 19): ἀναδεξαμένου δὲ Ἰφικράτους τὰς τοῦ Τιμοθέου πράξεις ταῖς εὐθύναις ἀναλαβὼν τὴν τῆς προδοσίας αἰτίαν ἀπολογεῖται διὰ τοῦ Λυσίου λόγου καὶ αὐτὸς μὲν ἀπελύθη, ὁ δὲ Τιμόθεος ἐζημιώθη πλείστοις χρήμασι. De his verbis acute disputavit Meierus (de bon. damn. p. 195 sq.). Sermo est de lite, quam Chares et Aristophon Azeniensis Timotheo, Iphicrati, Menestheo intenderunt Diotimo archonte Ol. 106, 3. In bello enim sociali Menestheo, qui cum Charete summum imperium habuit, Timotheus et Iphicrates, hic pater, ille socer, in consilium dati erant (cf.

Nep. Tim. 3. Clinton. p. 136.). Quos Chares cum temeraria ipsius consilia adjuvare nollent, proditionis accusavit (cf. Wessel. ad Diod. 16. 21.), et in judicio Timotheus centum talentis est mulctatus, qualis mulcta nemini antea irrogata erat (cf. Nep. Iphicr. 3., Isocr. de perm. p. 75. Orell. Aelian. v. h. III. 47. Dinarch. c. Demosth. §. 14. c. Philocl. §. 17.). Iphicrates in hac caussa, ut Isocratis verbis utar, *τὰς μὲν πράξεις ἀνεδέξατο, τὸν δ' ὑπὲρ τῶν χρημάτων λόγον Μενεσθεύς.* Haec verba Plutarchum voluisse exscribere cum Meiero puto; quare legendum conjecit Meierus *πάλιν ἀναδεξαμένου* ac verba *ταῖς εὐθύναις* verbo *ἀναλαβὼν* dirimenda atque cum antecedentibus potius conjungenda et de tempore explicanda esse, tanquam *ἐν ταῖς εὐθύναις, ἀναλαβὼν τὴν τῆς προδοσίας αἰτίαν* intelligendum esse „retractans, corrigens, *ἐπανορθῶν*"; sensum igitur esse: „Iterum autem Iphicrates cum in rationibus reddendis ut repararet accusationem quam prius Timotheo intenderat, ejus in se facinora reciperet, oratione Lysiae usus ut ipse absolveretur effecit". Haec quidem explicatio optima est, sed altera quam Meierus protulit, ex qua v. *ἀναλαβών* significat „in se recipiens" et verba *ἀναλαβὼν — αἰτίαν* explicationis tantum causa addita sunt, non video quare minus placeat. Si autem minus eluceret, Plutarchum Isocratis verba imitando effinxisse, verba *ἀναδεξαμένου* in hunc quoque modum intelligi possent, ut Iphicrates Timotheo in imperio suffectus dicatur (cf. Clinton. p. 118.). Pro Iphicrate a Plutarcho Lysias orationem conscripsisse dicitur, quae Dionysii Hal. tempore inter Lysiacas extabat. Eandem vero quamvis aliis in rebus bonam dictionem redolentem gratia Lysiaca caruisse affirmat Dionysius; quare se num genuina sit coepisse suspicari, tum autem examine accurate instituto edoctum esse, ob temporum difficultates eam Lysiae esse abjudicandam. Haec sententia quin vera sit nemo jam dubitavit. Uti orationis contra Harmodium, ita hujus quoque Iphicratem ipsum fuisse auctorem opinatus est ad dictionem provocans Dionysius. Iphicratem inprimis Aristophon Azeniensis (cf. Westerm. hist. eloq. p. 71.) accusavit. Ex illa oratione nonnulla servata sunt (cf. Ruhnken. h. crit. §. 13.). Aristot. rhet. II, 23. p. 1398. A. 3: *Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα* [*Ἀντιφῶντα* habet ridicule Anon. in Arist. Rhet. Paris. 1593. p. 44. A.] *ἐπερόμενος εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν· οὐ φάσκοντος δὲ, „εἶτα", εἶπεν, „σὺ μὲν ὢν Ἀριστοφῶν οὐκ ἂν προδοίης, ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης;"* Id. III, 10. 1411.: *Ἰ. εἶπεν· „Ἡ γὰρ ὁδός μοι*

διὰ μέσων τῶν Χάρητι πεπραγμένων ἐστί". Quintil. V, 12, 10: „Quod igitur tu non fecisses, ego feci?" Aristid. or. 49. de parapht. (vid. frgm. 19.): *κἀκεῖ τὴν φύσιν διεσώσατο, ἐρόμενος γὰρ τὸν Ἀριστοφῶντα, ὥς φασι·* „*Σὺ δ' αὐτὸς εἰ κύριος ἦσθα τῶν νεῶν, πότερον προὔδωκας ἂν ἢ οὔ; ἐπειδὴ ἀπέφηνεν ὁ Ἀριστοφῶν·* „*εἶτα σὺ μὲν οὐκ ἂν προὔδωκας ὢν Ἀριστοφῶν, Ἰφικράτης δὲ προὔδωκεν;* Plut. apophth. Iph. no. 4: *κρινόμενος δὲ θανάτου πρὸς τὸν συκοφάντην* „*Οἷα ποιεῖς ὦ ἄνθρωπε, εἶπε, πολέμου περιεστῶτος τὴν πόλιν περὶ ἐμοῦ πείθων βουλεύεσθαι καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ;*" Plut. *πολ. παραγγ.* no. 5: (*Ἰφικράτης*) *ὑπὸ τῶν περὶ Ἀριστοφῶντα καταρρητορευόμενος ἔφη* „*Βελτίων μὲν ὁ τῶν ἀντιδίκων ὑποκριτής, δρᾶμα δὲ τοὐμὸν ἄμεινον*". Schol. Hom. Il. *ν*. 291. (p 364. B. 22. Bk.): *καὶ ὁ Λυσίας τὸν Ἰφικράτην ποιεῖ λέγοντα* „*τραύματα ἔχων, οὐχ ἑτέρων ἐπ' ἐμὲ ἐρχομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιών.*" (cf. Meinek. cur. crit. p. 34. et Runkel. Eupol. p. 93.). Themistio auctore (p. 68. Dind.) *τῷ δήμῳ ὑπεύθυνος* multa locutus est de *χωρίοις πολεμίοις καὶ ποταμοῖς καὶ τενάγεσι καὶ νάπαις καὶ τάφροις καὶ χαρακώμασι καὶ ὁπλιτῶν ἐπιθέσεσι καὶ ἱπποκρατίαις.* — Iphicrates Diodoro teste mulctatus est, sed melius Nepos, Plutarchus, Polyaenus (III, 9, 29.) eum absolutum esse statuunt. Lysiae igitur duae orationes quas pro Iphicrate conscripsisse a pluribus veterum ferebatur, abjudicandae sunt; sed ex hac ipsa opinione falsa colligi licet, amicitiam inter Iphicratem et Lysiam, sicuti inter Timotheum et Isocratem, valuisse; quare sine dubio in iis quae praebent Bekk. An. 467, 28: „*Αὐτόν· Σοφοκλῆς ἀντὶ τοῦ ἐμαυτόν, καὶ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἰφικράτους καὶ πολλοὶ ἄλλοι· σημαίνει δὲ καὶ τὸ μέρος*" corrigo *ὑπὲρ Ἰφικράτους*, non quidem decernens, utrum ex or. c. Harmod., an ex or. c. Aristoph. depromptum sit vocabulum.

68. Ὑπὲρ Καλλαίσχρου.

(Tayl. 70., Bekk. 28., Foertsch. et Franz. 32., Westerm. 101.)

Poll. X, 105: *καὶ ἀβάκιον δ' ἂν αὐτὸ* (i. e. *ἄβακα, τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν τι*) *εἴποις· ἐφ' ἑτέρου μὲν γὰρ εἴρηται ὑπὸ Λυσίου ἐν τῷ ὑπὲρ Καλλαίσχρου·* „*μετ' ἀβακίου δὲ καὶ τραπεζίου πωλῶν ἑαυτόν.*" — Callaeschrum Critiae f. significari vero dissimile est (cf. frgm. 12.). Hyperides porro Callaeschri cujusdam filius testis est in Dem.

or. de cor. §. 111. Extabat Dinarchi or. adv. Callaeschrum; qui mihi videtur fuisse Diotimi filius cum Demosthene aliisque Thebas delegatus (cf. Dem. de cor. §. 147. adv. Mid. p. 565.).

69. Πρὸς Καλλικλέα.
(Tayl. 71., Westerm. 102.)

Suid. Ἀπόμισθος· ἄμισθος, ὁ μισθοῦ ἔργον τι διαπραξάμενος καὶ ἄμισθος ἀφειμένος. Κεῖται δὲ ἡ λέξις παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Κ. Ante Bekkerum haec etiam apud Harpocrationem legebantur. Bekk. An. p. 431, 21: Ἀπόμισθος — Λυσίᾳ. cf. p. 215, 31. Callicles quidam Gorgiae socius et discipulus apud Platonem (Gorg.) commemoratur (cf. Plut. ad Apoll. c. 36.). Calliam Ol. 96, 4. cum Iphicrate mercenariorum ducem ex Philochoro et Androtione nominat Harp. v. ξενικόν, ubi Photius praebet Calliclem (cf. Schn. ad Xen. H. IV, 4, 14.).

70. Κατὰ Καλλίου ἐνδείξεως.

Bekk. An. 95, 25: Ἐωνηκὼς, ἀντὶ τοῦ ἐωνημένος. Λυσίας κατὰ Κ. ἐνδ. Hanc orationem eandem fuisse cum proxime sequenti conjecit Westermannus; in re tam dubia equidem cum Meiero (Proc. p. 224. 319.) distinguere malui.

71. Κατὰ Καλλίου ὕβρεως.
(Tayl. 72, Bekk. 29, Foertsch. et Franz. 33, Westerm. 103.)

Poll. III, 76: παιδίσκην δὲ θεραπαινίδα Λυσίας ὠνόμασεν. ει καὶ ἀμφίβολόν ἐστι τοὔνομα, πότερον ἡλικίας ἢ τύχης. λέγει γὰρ ἐν τῷ κ. Κ. ὕβρεως· „Καὶ ἐξελθοῦσα ἡ παιδίσκη τὴν θύραν ἀνοίγνυσι". — Quis fuerit hic Callias definiri nequit; vix enim nomen Atticum reperias, quod hoc saepius occurrat; quare de Callia daducho cogitare audacius est.

72. Ὑπὲρ Καλλίου.
(Tayl. 73., Bekk. 30., Foertsch. et Franz. 34., Westerm. 104.)

Harp. τίμημα ἀντὶ μὲν τοῦ ἐνέχυρον καὶ οἷον ἀποτίμημα Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Καλλίου· „οὗτοι δὲ φάσκοντες πλείονα μισθώσασθαι καὶ τίμημα καταστήσασθαι." τοῦτο δ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἀποτίμημα καλεῖ. Eadem habent titulo or. omisso Photius p. 589, 23. et Suid. v. τίμημα; Lysiae nomen laudant, titulum vero et fragmentum or. omit-

tunt Phavor. et Cramer. Anecd. Oxon. II. p. 499, 22. Errat Maussacus (ad Harp. p. 332. s. p. 241. Lips.) hanc orationem esse eandem cum or. ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας dicens.

73. Πρὸς Καλλιππίδην.
(Tayl. 74., Westerm. 105.)

Harp. Λάρκος. Λ. ἐν τῷ πρὸς Κ. λάρκος ἐστὶ φορμὸς εἰς ὃν ἄνθρακας ἐνέβαλλον. κέχρηνται τῷ ὀνόματι ἄλλοι τε καὶ Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν. Eadem titulo or. omisso habet Photius p. 208, 19. cf. Hesych. h. v. Isaei quoque oratio erat πρὸς Καλλ. (cf. Westerm. hist. eloq. p. 294.). Callippides erat tragoediarum actor redeuntem ex Asia Alcibiadem comitatus, cf. Schneider. ad Xen. Symp. III, 11., quem laudat Meinekius q. s. II, 65. Call. vocabatur etiam pater Calliclis, contra quem orationem Demosthenes conscripsit (cf. c. Call. p. 1272.).

74. Πρὸς Καλλιφάνη ξενίας, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 76., Westerm. 106.)

Harp. νοθεῖα. τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα οὕτω καλεῖται, ἣν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. Λ. ἐν τῷ πρὸς Κ. ξ. εἰ γνήσιος, Ἰσαῖος κ. τ. λ. Eadem sine or. titulo Photius 301, 10., Suid. et Phavor. h. v. cf. Meurs. lectt. Att. I, 21. Schoemann. ad Is. de Pyrrh. her. §. 49. De γραφῇ ξενίας cf. Meier. d. b. d. p. 94 sqq.

75. Κατὰ Καλλιφῶντος.

Haec oratio laudatur in comm. ad Hermog. rhet. in cod. Vat. rescr. fol. 335. b. teste A. Maio in exc. Vat. T. II. p. 584. Ab aliis oratio Isaei κατὰ Καλλιφῶντος commemoratur.

76. Πρὸς Κινησίαν ὑπὲρ Φανίου παρανόμων.
(Tayl. 76. 122., Bekk. 31., Foertsch. et Franz. 35., Westerm. 107. 108. 158.)

Harp. Κινησίας. Λυσίου β′ λόγοι εἰσὶ πρὸς Κινησίαν, ἐν οἷς πολλάκις μνημονεύει τἀνδρός, λέγων ὡς ἀσεβέστατος εἴη καὶ παρανομώτατος, καὶ ὅτι καὶ οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν γράφουσιν εἰς αὐτόν. εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ διθυραμβοποιός, οὗ μέμνηνται πολλάκις οἱ κωμικοὶ καὶ Στράττις ὅλον δρᾶμα ποιήσας εἰς αὐτόν, ὅπερ ἐπιγράφη Κινησίας, ἐν ᾧ καὶ τὴν ἀσέ-

βειαν αὐτοῦ κωμῳδεῖ. — Athen. XII, 551. D.: Ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης καὶ δεινὸς τἄλλα Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Φανίου παρανόμων ἐπιγραφομένῳ λόγῳ εἴρηκε, φάσκων αὐτὸν ἀφέμενον τῆς τέχνης συκοφαντεῖν καὶ ἀπὸ τούτου πλουτεῖν. ὅτι δὲ ὁ ποιητής ἐστι καὶ οὐχ ἕτερος σαφῶς αὐτὸς ὢν σημαίνεται ἐκ τοῦ καὶ ἐπὶ ἀθεότητι κωμῳδούμενον ἐμφανίζεσθαι καὶ διὰ τοῦ λόγου τοιοῦτον δείκνυσθαι. λέγει δ' οὕτως ὁ ῥήτωρ· „Θαυμάζω δὲ εἰ μὴ βαρέως φέρετε, ὅτι Κινησίας ἐστὶν ὁ τοῖς νόμοις βοηθὸς, ὃν ὑμεῖς πάντες ἐπίστασθε ἀσεβέστατον ἁπάντων καὶ παρανομώτατον ἀνθρώπων γεγονέναι. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοιαῦτα περὶ θεοὺς ἐξαμαρτάνων, ἃ τοῖς μὲν ἄλλοις αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, τῶν κωμῳδοδιδασκάλων δ' ἀκούετε καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν; οὐ μετὰ τούτου ποτὲ Ἀπολλοφάνης καὶ Μυσταλίδης καὶ Λυσίθεος συνειστιῶντο, μίαν ἡμέραν ταξάμενοι τῶν ἀποφράδων, ἀντὶ νουμηνιαστῶν κακοδαιμονιστὰς σφίσιν αὐτοῖς τοὔνομα θέμενοι, πρέπον μὲν ταῖς αὐτῶν τύχαις· οὐ μὴν ὡς τοῦτο διαπραττόμενοι τὴν διάνοιαν ἔσχον, ἀλλ' ὡς καταγελῶντες τῶν θεῶν καὶ τῶν νόμων τῶν ἡμετέρων. ἐκείνων μὲν οὖν ἕκαστος ἀπώλετο ὥσπερ εἰκὸς τοὺς τοιούτους. τοῦτον δὲ τὸν ὑπὸ πλείστων γινωσκόμενον οἱ θεοὶ οὕτως διέθεσαν, ὥστε τοὺς ἐχθροὺς αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι, παράδειγμα τοῖς ἄλλοις, ἵν' ἴδωσιν ὅτι τοῖς λίαν ὑβριστικῶς πρὸς τὰ θεῖα διακειμένοις οὐκ εἰς τοὺς παῖδας ἀποτίθενται τὰς τιμωρίας, ἀλλ' αὐτοὺς κακῶς ἀπολλύουσι, μείζους καὶ χαλεπωτέρας καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς νόσους ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις προσβάλλοντες. τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν ἢ καμεῖν νομίμως κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστί· τὸ δ' οὕτως ἔχοντα τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς τὰ τοιαῦτα ἅπερ οὗτος ἐξημαρτηκόσιν". περὶ μὲν οὖν Κινησίου ταῦτα ὁ ῥήτωρ εἴρηκεν.

Cinesias Paeonis fr. conjux Myrrhinae poeta dithyramborum ex poetis comicis satis notus est. cf. Arist. Lysistr. 850 sqq. 861. Ran. 158. Schol. Nub. 332. Pherecr. Χειρ. fr. 8. Hanov. exerc. crit. p. 49. Platon. ap. Meinek. q. s. II, 14. Apollophanes quoque Cinesiae sodalis fortasse est poeta comicus. cf. Meinek. II. 73; de nomine ei tributo cf. Lob. ad Phryn. p. 79 sqq. Orationi titulum πρὸς Κινησίαν ex Harp. dedi hac in re Meierum (Proc. p. 283.), Schoemannum (ib. p. 713.), Westermannum secutus. Etiam ex Athe-

nae apparet, hanc veram esse inscriptionem; orator enim dicit ab init.: ὅτι Κινησίας ἐστὶν ὁ τοῖς νόμοις βοηθός. Ab Harpocratione edocemur, duas contra Cinesiam fuisse orationes. Alteram negat Schoemannus λόγον ὕστερον fuisse, utpote quem in γραφῇ παρανόμων fuisse licitum omnibus nos destituti simus testimoniis. Schoemannus igitur putat alteram aut συνηγορίαν fuisse aut in diversa causa habitam. Posterior sententia Taylori quoque erat; Westermannus autem non debebat contra Harpocrationis verba tres c. Cinesiam oratt. statuere. Phanias quidam dux erat Atheniensium c. Ol. 98. (cf. Xen. H. V, 1, 26.). Qui si Jonsio innotuisset, hicce non vanam conjecturam (I. p. 98.) protulisset, Athenaeo discipulum Aristotelis esse obversatum. Addo denique conjecturam Maussaci. Harpocratio dicit: βεβαιώσεως δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ ἀποδομένῳ, ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος ὁ δὲ μὴ βεβαιοῖ. ἐνίοτε καὶ ἀρραβῶνος μόνου δοθέντος, εἶτα ἀμφισβητήσαντος τοῦ πεπρακότος, ἐλάγχανε τὴν τῆς βεβαιώσεως δίκην ὁ τὸν ἀρραβῶνα δοὺς τῷ λαβόντι. Λυσίας ἐν δυσὶ λόγοις. Cum Lysias laudetur simpliciter ἐν δυσὶ λόγοις, de orationibus c. Cines. habitis haec verba esse intelligenda putat confidenter Maussacus (p. 98 sqq. s. p. 152. Lips.), cf. Taylor. p. 38. R.

77. Πρὸς Κλεινίαν διαμαρτυρία.

(Tayl. 77., Bekk. 32., Foertsch. et Franz. 36., West. 109.)

Suid. v. ὑπὸ μάλης· ὑπὸ μασχάλης· κεῖται δὲ τὸ ὄνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν· ἀεὶ δ' οὕτως παραλαμβάνουσι μετὰ τῆς προθέσεως· ὡς Δημοσθένης — καὶ Λ. ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν· „Ἐπειδὴ πάντες κατέδαρθον, ἐσκευασμένος τῶν χαλκωμάτων ὅσα οἷός τ' ἦν πλεῖστα, ὑπὸ μάλης λαβὼν ἐξήγαγε ξίφος ἔχων." καὶ τὸ μὲν ἑνικὸν οὕτω μετὰ τῆς προθέσεως. Vulg. lect. est, ἐσκευασμένοι, συνεσκευασμένος conj. Hemsterh., ἐσκευασμένος habet V., συνεσκευασμένος vel. ἐσκευασμένος conj. Portus. — cf. Phot. p. 629, 9: ὑπὸ μάλης· τὸ ὄνομα μὲν κεῖται παρὰ τοῖς ῥήτορσιν· ὅταν μὲν οὖν ἑνικῶς λέγωσιν, οὕτως αὐτὸ πάντες τάττουσιν μετὰ τῆς προθέσεως· ὅταν δὲ πληθυντικῶς λέγωσιν, οὐ μάλας λέγουσιν, ἀλλὰ μασχάλας etc. Schol. Plat. Gorg. p. 347. Bk., Bekk. An. 313, 3., Phryn. p. 196. Lob. — Harp. v. χίλιοι διακόσιοι. Ἰσαῖος κ. τ. λ. οἱ πλουσιώτατοι Ἀθηναίων χίλιοι καὶ διακόσιοι ἦσαν, οἳ

καὶ ἐλειτούργουν. μνημονεύουσι δ' αὐτῶν καὶ ἄλλοι — Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν καὶ Ἰσαῖος — τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσαντο χιλίους εἰπόντες. — Bekk. An. 84, 8: βαλάντιον οὐχί φασι δεῖν λέγειν. ἀλλὰ φάκωλον. Λ. ἐν τῇ πρὸς Κλεινίαν διαμαρτυρίᾳ. — Vocem quam Harpocratio citat non de symmoriis ad τριηραρχίας aut ad εἰσφοράς praestandas institutis esse explicandam Boeckhius (O. c. II, 84.) docuit; quid autem sibi haec verba in Lysiae or. voluerint nescio (cf. Hermann. de equitt. Att. p. 38.). Clinias nomen est fratris Alcibiadis.

78. Πρὸς Κλεόστρατον.

(Tayl. 77., Bekk. 33., Foertsch. et Franz. 37., West. 110.)

Priscian. 18. 35. p. 235: Illi (Attici) οὐδαμῶς οὐ, τοπικόν. Nos nusquam. Λ. ἐν τῷ πρὸς Κλ. „Οὐδὲ εἴ τις εἰσποίητος πάθοι, οὐκ ἀποστερεῖ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῶν χρημάτων". Quae dedi, Krehlius e cod. Mon. scripsit eumque secuti sunt Foertschius et Scheibius l. l. p. 54. Putsch., Reisk., Bekk. πάθος οὐδείς; Franzius πάθοι οὐδείς.

79. Πρὸς Κλέωνα περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος, εἰ γνήσιος.

(Tayl. 131., Bekk. 50., Foertsch. 55., Franz. 54., Westerm. 111. 166.)

Athen. VI. 231. b. Λυσίας δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος „Ἀργυρώματά τε ἢ χρυσώματα ἔτι ἦν διδόναι". Οἱ δ' ἑλληνίζοντες λέγειν δεῖν φασὶν ἀργυροῦν κόσμον καὶ χρυσοῦν κόσμον. — Poll. VII, 103: καὶ τὰ χρυσώματα παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος. — Poll. X, 174: Λ. ἐν τῷ πρὸς Κλέωνα καὶ ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα εἴρηκε. — Poll. VII, 170: Κολλυβιστής, ὡς Λ. ἐν τῷ περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος. (s. v. περὶ τραπεζιτῶν.). Titulus quidem qualem exhibui non extat apud veteres, sed Pollux quia easdem voces, quas Athenaeus ex or. Lysiae περὶ τοῦ χρ. τρ., laudat ex or. πρὸς Κλ., duas quae videntur orationes cum Tayloro in unam coniunxi, id quod jam Jungermanno in mentem venit. De v. ἀργύρωμα cf. Bekk. An. 79, 18: ἀργύρωμα, χρύσωμα. Οὐχὶ ἀργυροῦν, χρυσοῦν. et 442, 6: ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα, ὁμοίως ὡς ἡμεῖς, Λυσίας; eademque habet Suidas. Exempla Lysiaco similia affert Athen.

VI. 230. a. ex Sophrone: *τῶν χαλκωμάτων καὶ τῶν ἀργυρωμάτων ἐμάρμαιρε ἁ οἰκία*, et p. 230. f. ex Theopompo Chio: *ἐξ ἀργυρωμάτων δὲ καὶ χρυσῶν πίνει*; et p. 231. a. *ἀργυρώματα* ex Philemone comico et Menandro; *ἀργυρώματα* Lysias ipse de Arist. bon. §. 27., *χαλκώματα* frgm. 77. cf. Menag. ad Diog. L. IV, 38. De v. *κολλυβιστής* cf. Phryn. p. 440. Lob. — Cleo, contra quem hac oratione reus se defendit, num ex gente Cleonis coriarii fuerit nescio. Habuit enim ille filium Cleomedontem, qui Polyarati filiam uxorem duxit; eadem matrimonio secundo Mantiae nupta Mantitheum illum genuit, qui adversus Boeotum fratrem spurium orationes a Demosthene conscriptas habuit (cf. o. Boeot. de dot. p. 1016. 1009.). Num alios quoque filios interque eos unum sui nominis habuerit Cleo non comperi; memini autem in Boeckhii Corp. Ins. me legere Cleonem illius Cleomedontis filium. Sed plures Cleones ex Lysiae tempore commemorantur, ut C. Anaphlystius (Dem. de cor. §. 58.), Cleo adversarius ejus qui Isaei or. de Astyph. her. habuit, C. Meledemi pater (Dem. de cor. §. 111.).

80. *Πρὸς Κριτόδημον.*
(Tayl. 79., Westerm. 112.)

Harp. *ἐπίπεμπτον. Λ. ἐν τῷ πρ. Κρ. καὶ Πλάτων ἀντὶ ἁπλοῦ τοῦ πέμπτου. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν* (fr. 17. Dind.). Zonar. et Phavor. *ἐπίπεμπτον. Λυσίας ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ τὸ πέμπτον εἶπεν.* De Critodemo Alopecensi, qui in pugna ad Aegos flumen occidit (Lys. de Arist. bon. §. 16. cf. stemma p. 92.) nos cogitare vix licet.

81. *Ὑπὲρ Κτησιάρχου.*
(Tayl. 80., Westerm. 113.)

Harp. *Ἐπεσκήψατο ἀντὶ τοῦ ἐνεκάλεσε ψευδομαρτυριῶν· λέγεται δὲ ἐνίοτε κατὰ τὸ σπάνιον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐγκαλέσαι φόνου, ὡς Ἀντιφῶν —. τῷ δὲ ἐνεργητικῷ τῷ ἐπέσκηψεν ἀντὶ τοῦ ἐνετείλατο Ἰσαῖος —. τὸ δὲ ἐπισκήπτω ἀντὶ τοῦ μετά τινος ἐπιθειασμοῦ λέγω καὶ οἷον ἐξορκίζω Ἀνδοκίδης — καὶ Λ. ἐν τῷ ὑπ. Κτ. εἰρήκασιν.* Suid., Etym. M., Cramer. Anecd. Oxon. II, 494, 24: *τὸ δὲ ἐπισκήπτω ἀντὶ τοῦ μετὰ κ. τ. λ.* Haec vocis significatio saepissime occurrit neque cum juridico sensu confundenda est, de quo cf. Meier. Proc. p. 385.

82. *Κατὰ Κτησιφῶντος.*
(Tayl. 81., Bekk. 34., Foertsch. et Franz. 38., West. 114.)

Suid. v. ἀπειπεῖν· ἀντὶ τοῦ κελεῦσαι μὴ πράττειν. Λ. ἐν τῷ κατὰ Κτ. „Καὶ τοὺς μὲν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων παῖδας, ὧν οἱ πατέρες βοηθήσαντες ὑμῖν ἔτι ζῶσιν, ἀπειπεῖν ἐν τοῖς νόμοις μήτε ἄδικον μήτε δίκαιον λέγειν." — Cramer. Anecd. Ox. II, 490, 5: Ἀπειπεῖν. Ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν. Λ. καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπαρνήσασθαι. — Nomen Κτησιφῶντος occurrit ap. Arist. Acharn. 1001.

83. *Περὶ τοῦ κυνὸς ἀπολογία, εἰ γνήσιος.*
(Tayl. 82., Bekk. 35., Foertsch. et Franz. 39., West. 115.)

Harp. Καρκίνος. Λ. ἐν τῇ περὶ τ. κ. ἀπολ. εἰ γνήσιος, „Ἐλυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκίνον εἰσφοιτῶσαι αἱ κύνες." καὶ ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεκαρκινῶσθαί φασι· Φερεκράτης Αὐτομόλοις (fr. 2.). λέγεται καρκίνος καὶ πάθος τι συμβαῖνον ἐν τοῖς σώμασιν, ὃ νῦν καρκίνωμα καλοῦσιν· ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα, οὗ μνημονεύει Ἰσοκράτης· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ὁ πεμφθεὶς περιπλεῦσαι Πελοπόννησον· περὶ δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ κ. τ. λ. (cf. infra fr. 94.). — Phot. 132, 10: καρκίνος· πυράγρα, et 11: Καρκίνος· Λυσίας „ἐλυμαίνοντο — κύνες." καὶ ὅτ' ἂν ὁ σῖτος κ. τ. λ. Suid. Καρκίνος· Λ. „ἐλυμαίνοντο κ. τ. λ." Ex Pherecratis fragmento addito apparet, καρκίνον in Lys. or. esse segetem radicantem, quae canibus male vexata esse dicitur, quod argumentum possessor canis in defensione affert. Si quid video, canes in fundum alicujus irrupisse et laetam segetem (v. Steph. Thes. v. καρκ.) proculcasse videntur, in quas a domino agri canis Molossa immissa officium praeclare explevit, neque gentiles suas leniter tractavit, quamobrem illarum dominus dominum canis βλάβης τετραπόδων accusavit (cf. Meier. Proc. p. 475. 477.). Itaque hanc litem ne cum illa compares, qua in Aristophanis Vespis (894. ubi v. Droysen.) canis accusatur. Mirandum autem pro κύνες Codd. BCG habere γυναῖκες.

84. *Κατὰ Λαΐδος, εἰ γνήσιος.*
(Tayl. 83., Bekk. 36., Foertsch. et Franz. 40., West. 116.)

Athen. XIII. p. 592. E: Καὶ (ut Strattis) Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Λαΐδος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, μνημονεύει αὐτῆς

(i. e. *Λαγίσκης*, amatae Isocratis), *καταλέγων καὶ ἄλλας ἑταίρας, ἐν τούτοις „Φιλύρα γέ τοι ἐπαύσατο πορνευομένη ἔτι νέα οὖσα καὶ Σκιώνη καὶ Ἱππάφεσις καὶ Θεόκλεια καὶ Ψαμάθη καὶ Λαγίσκα καὶ Ἄνθεια καὶ Ἀριστόκλεια."* — Id. p. 586. E: *Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς Λαΐδα, εἴ γε γνήσιος ὁ λόγος, τούτων (ἑταιρῶν) μνημονεύει „Φιλύρα — Ἄνθεια". μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἄντειαν. οὐ γὰρ εὑρίσκομεν παρ' οὐδενὶ Ἄνθειαν ἀναγεγραμμένην ἑταίραν, ἀπὸ δὲ Ἀντείας καὶ ὅλον δρᾶμα ἐπιγραφόμενον, ὡς προεῖπον, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου, Ἄντειά ἐστι· καὶ ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον γράψας μνημονεύει. ἐν δὲ τῷ κατὰ Φιλωνίδου κ. τ. λ.* (cf. infra fr. 131.). — Harpocr. *Λαγίσκα. Λ. ἐν τῷ πρὸς Λαΐδα εἰ γνήσιος.* Phot. p. 201, 7: *Λαγίσκα· ἑταίρα τις ἧς Λυσίας μνημονεύει.* — Harp. *Ἄνθεια. ὅτι μὲν ἑταίρα, δῆλον· μήποτε δὲ Ἄντεια γραπτέον διὰ τοῦ τ, ἐπεὶ οὕτως εὕρομεν παρὰ Λυσίᾳ.* — Ex altero loco Athenaei orationi inscriptionem *κατὰ Λαΐδος* cum Tayloro dedi; titulus enim *πρὸς Λαΐδα* vero dissimillimus mihi videtur esse. Accusata est Lais meretrix; cujus rei, mihi non compertum. Oratio habita est ante Ol. 97, 2. (cf. Meinek. q. s. II. 66.). compluresque meretrices in hac oratione sua arte destitisse dicuntur. Philyra meretrix ex hujus nominis comoedia si servata esset notior nobis foret (v. Meinek. q. s. III. 14.); Theoclea, Cornix (*Κορώνη*) appellata (Athen. XIII. p. 583. e.) ab Aristophane Byzantino in catalogo 133. meretricum non enumerata, mater erat Callistus meretricis, cui nomen Sus inditum est (cf. Machon, ap. Ath. XIII. p. 583. a.). Lagisca a sene Isocrate amata filiolam peperit (cf. Hermipp. ap. Ath. XIII. p. 592. d., Strattid. ibid. Anon. vit. Isocr. p. 45. in Paneg. ed. Baiter.). Antea erat Laidis amica (cf. Anaxandr. ap. Ath. XIII. p. 570. e.), mancipium Casii Elei (cf. Pseudo-Dem. in Neaer.; Athen. XIII. p. 593. f.); de dramate Antea sive Eunici sive Philyllii cf. Schweigh. ad Ath. XIII. 567. c., Meinek. q. s. II. 56. — Lais ipsa satis nota est, Hyccaro-Sicula, in expeditione Atheniensium capta, Corinthumque missa ubi obiit Ol. 97, 2. Ejus historiam Lysiam hac oratione descripsisse censeo, *λογογράφος* enim quod a Synesio (p. 161. Petav.) commemoratur his verbis: *ἡ γὰρ Λαΐς, ἔφη τις ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικόν, ἐκ Σικελίας ἐωνημένον κ. τ. λ.* de Lysia nostro videtur intelligendum esse. Athenaeus et Scholiastae Aristophanis cum juniore Laide semper eam confundunt. Nam Lysias revera orationem adversus

illam scripserit, nobis discernere non licet; fortasse quia Lais cum Aristippo Socratico consuetudinem habuit, commentum philosopho cuidam Peripatetico vel rhetori originem suam debet; sed ut Demosthenes vel quisquis orationem confecit, Neaeram accusasse fertur, ita Lysias ut Laidem in judicium vocarit factum esse potest.

85. Πρὸς Λακράτην.
(Tayl. 84., Bekk. 37., Foertsch. et Franz. 41., West. 117.)

Harp. v. ὀβολοστατεῖ ἀντὶ τοῦ δανείζει Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίδου, εἰ γνήσιος. ἐν δὲ τῷ πρὸς Λακ. διασαφῶν φησίν „Οὐδ' ἂν εἰ πολὺ ἐλάττονα τόκον λογίσαιτό τις ἢ ὅσον οὗτοι οἱ ὀβολοστατοῦντες τοὺς ἄλλους πράττονται." ὀβολοστάτας δ' ἔλεγον τοὺς δανειστάς. Phot. p. 314, 12 Ὀβολοστατοῖ· ἀντὶ τοῦ δανείζοι. Λυσίας, Suid. ὀβολοστατεῖ ἀντὶ δανείζει, tum uterque fragmentum addit. — Lacrates quidam alicui pecuniam mutuo dederat; de cujus fenore lis est.

86. Πρὸς Λεπτίνην.
(Tayl. 85., West. 118.)

Harp. Ἄρδηττος. Λ. ἐν τῷ πρ. Λ. τόπος Ἀθήνησιν ὑπὲρ τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν, πρὸς τῷ δήμῳ τῷ ὑπένερθεν Ἀγρυλέων. ἐν τούτῳ, φασί, δημοσίᾳ πάντες ὤμνυον Ἀθηναῖοι τὸν ἡλιαστικόν. — Θεόφραστος δ' ἐν τοῖς περὶ νόμων δηλοῖ ὡς καταλέλυτο τὸ ἔθος τοῦτο. — De jurejurando in Ardetto cf. Schoem. Proc. p. 128. 146. Quamquam pro Λεπτίνην Bekk. Codd. BCFMO et Phavor., qui reliqua eadem quae Harp. praebet, Ἐλπίνην habent, cum Tayloro, Bekkero, Westermanno vulg. lectionem retinui. Utrum vero melius sit, equidem cum Maussaco (p. 70. s. 122. Lips.) non dijudicabo; Ἐλπίνην mavult Morell. ad Arist. Leptin. (p. 135. ed. Granert.). Memorandum est, illum, quo archonte Ol. 106, 1. Leptines impugnatus a Demosthene legem suam tulerat, Elpinem vocari (cf. F. A. Wolf. ad Dem. Lept. p. 64. not.). Lysiam de ipsa immunitate orationem eam quae Demostheni attribuitur, non scripsisse constat; num vero adversus Leptinem immunitati adversantem fecerit, Morellus in incerto reliquit. Ipse Leptines quem accusavit Demosthenes, quis fuerit se nescire confitetur F. A. Wolfius (ad Dem. Lept. p. 45. ed. Hal.); utrum is sit Λεπτίνης ὁ ἐκ Κοίλης quem

commemoravit Demosth. in Androt. p. 611. an ille quem inimicum Aeschini inducit hunc oratorem mentiens epp. 5. extr., nemo dicat nisi qui divinitus quodammodo compererit. Videri autem, pergit Wolfius, potest idem esse, cujus dictum quoddam refert Aristoteles (rhet. III. 10.), quod pertinere conjicit vir summus ad tempora pugnam Leuctricam insecuta; ceterum ratione illa qua Dio Chrysostomus (I. p. 635.) meminit Leptinis, non efficitur, hominem suo tempore obscurum aut ignobilem fuisse. Verisimile potius habet Wolfius hominem in civitate potentem et gratiosum fuisse, ut ejus dignitati parcendum eumque humane et placide tractandum esse Demostheni etiam necesse videri potuerit. Ille enim sicubi in hominem invehitur, molli brachio facit, nusquam acerbis aut contumeliosis verbis. (cf. p. 461, 12. p. 488.). Quo minus dijudicari potest num Leptines jam prius liti fuerit implicitus aut negari, Lysiam contra illum orationem potuisse conscribere.

87. Κατὰ Λυσιθέου, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 86., Bekk. 38., Foertsch. et Franz. 42., West. 119.)

„Κάμψαντι τοῦ τείχους, ὦ βουλὴ, ἐστὶ γωνιασμὸς ἐν ἀριστερᾷ καὶ εὐρυχωρίᾳ πάνυ πολλῇ." Ita Suidas v. γωνία. Ἡ τοῦ οἴκου. Καὶ γωνιασμὸς. Λ. ἐν τῷ κατὰ Λ. εἰ ἔστι γνήσιος· „Κάμψαντι, φησὶ, τοῦ κ. τ. λ. — Eadem fere Harpocratio v. γωνιασμός. Λ ἐν τῷ κατὰ Λυσ. „Ἔστι δὲ κάμψαντι τοῦ τείχους, ὦ βουλή, γωνιασμὸς ἐν ἀριστερᾷ καὶ εὐρυχωρία, ubi codd. D. E. εἰ γνήσιος. — Bekk. An. 95, 1: Ἑλκύδρια. τὰ μικρὰ ἕλκη. Λ. κατὰ Λ. — Harp. οἷος εἶ καὶ οἷός τε εἶ. τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε σημαίνει τὸ βούλει καὶ προῄρησαι, τὸ δὲ σὺν τῷ τε τὸ δύνασαι. ἀμφοτέροις ἐχρήσατο Λ. ἐν τῷ κατὰ Λ. εἰ γνήσιος. Phot. 323, 1. et Suidas: οἷος εἶ κ. τ. λ. — Λυσίας. Ad hanc orationem referenda esse putant Taylorus eumque qui secutus est Westermannus, quae Photius p. 323, 5., Suidasque et Bachmann. Anecd. I. p. 314, 20. habent; quae opinio quamquam mihi vero dissimilis esse videtur, tamen verba huc apponam: Οἷος· ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος· καὶ οἷός τε, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος. καὶ οἷος ἦν, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος ἦν. τίθεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐσπούδαζεν. Λυσίας· „ἐβιάζετό τε γὰρ καὶ οἷος ἦν ἐξευρεῖν τὴν θύραν." Photius addit: σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνταποδοτικόν· τοιοῦτος οἷος ἦν ὁ πατήρ. — Harp. πλινθεῖον, ὁ τόπος ἐν ᾧ πλίνθος πλάττεται. Λ. ἐν τῷ κατὰ Λ. Phot. 434, 12. et Suid. πλιν-

θεῖον κ. τ. λ. οὕτως Λυσίας. — Harp. στύραξ. Λ. ἐν τῷ κ. Λ. στύραξ καλεῖται τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον ὃ καταπηγνύειν εἰς τὴν γῆν εἰώθασιν. — Harp. Φάληρον. Λ. ἐν τῷ κ. Λ. Φάληρον δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, ἀφ᾽ οὗ ὁ δημότης Φαληρεύς. — Ex his fragmentis nihil de argumento orationis possum colligere. Nomen vero Lysithei bis apud Lysiam extat, in or. adv. Theomn. §. 1. et in frgm. or. cont. Cines.

88. Περὶ Μακαρτάτου κλήρου. (Tayl. 87., Westerm. 120)

Harp. Προσπάλτιοι. Λ. ἐν τῷ περὶ Μ. κλ. Πρόσπαλτα δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. Ad eandem orationem refero Harp. v. σιπύα. Λ. ἐν τῷ περὶ ἡμικληρίου τῶν Μακαρτάτου χρημάτων. σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύα. Phot. p. 513, 5. σιπύα· σιτηρὸν ἀγγεῖον. ὡς Λυσίας. — Macartatus cujus de hereditate lite instituta Lysias orationem scripsisse fertur, quominus ille sit, adversus quem de Hagniae hereditate Eubulides III. orationem a Demosthene scriptam habuit (cf. stemma amplae illius familiae ap. Schoem. ad Is. p. 448. atque ap. Schaefer. app. ad Dem. T. V. p. 83. 84. 97 — 102.), temporum ratio obstat. Verisimile est, intelligendum esse illius avunculum Macartatum, cujus sororem Theopompus qui Isaei orat. de Hagniae her. habuit uxorem duxit ex eaque Macartatum genuit, qui in avunculi domum adoptatus est.

Ἀπόληξις ὁ Προσπάλτιος

Χαιρέλεως. Μακάρτατος. filia — Theopompus

Macartatus

Chaereleos reliquit τὸ Προσπαλτοῖ χωρίον (Is. de Hagn. her. §. 49.), cujus heres erat Macartatus frater; qui postquam bello extinctus est Theopompus filium eius adoptavit. Qua de re fortasse quamquam neque Isaeus nec Demosthenes ejusmodi quidquam enarrant lis exorta est.

89. Κατὰ Μαντίου. (Tayl. 88, West. 121.)

Harp. Νότιον· Λ. κ. Μ. ὅτι δέ ἐστι χωρίον προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως Θεόπομπος ἐν τῇ ιε´

φησίν. Hic fortasse intelligendus est Mantias orator, quem ἀμφισβητοῦντα πρὸς τὸν υἱόν; commemorat Aristoteles (rhet. II. 23. p. 1398. A. 32.) neque diversus videtur esse a patre Mantithei, cujus de lite contra Boeotum cf. Meier. de bon. damn. p. 68; cum argumentum or. Demosth. c. Boeot. illum vocet ἕνα τῶν πολιτευσαμένων Ἀθήνησι. Num vero idem sit cum eo Mantia quem Atheniensium ducem Ol. 105. 1. fuisse docet Diodorus (16. 1.) non decernam.

90. Πρὸς Μέδοντα ψευδομαρτυριῶν. (Tayl. 89., Westerm. 122.)

Athen. XIII. p. 586. f.: κἀν τῷ πρὸς Μ. ψευδ. [Λυσίας μέμνηται] Ἀντικύρας· ἐπώνυμον δέ ἐστι τοῦτο ἑταίρας· τὸ γὰρ κύριον ἦν Οἴα, ὡς Ἀντιφάνης εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν, Ἀντικυραν αὐτὴν φάσκων κληθῆναι ἤτοι ὅτι συνέπεσε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσιν ἢ ὅτι αὐτὴν ἀναλαβὼν ὁ ἰατρὸς Νικόστρατος καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπεν αὐτῇ πολὺν ἐλλέβορον, ἄλλο δὲ οὐδέν. Harp. Ἀντίκυρα. Λ. ἐν τῷ πρὸς Μέδοντα. μήποτ' ἐπώνυμόν ἐστιν. Ἀντιφάνης κ. τ. λ. — Harp. v. ἀπήχεια ἀντὶ τοῦ ἀπέχθεια Λ. πρὸς Μέδοντα καὶ Δείναρχος κατὰ Κηφισοκλέους. Suid., Zonar. Phavor. ἀπήχεια ἀντὶ τοῦ ἀπέχθεια οὕτω Λυσίας καὶ Δείναρχος. cf. Bekk. An. 424, 23. 16, 15. Anticyra meretrix memoratur etiam in Menandri Adulatoribus p. 102. (cf. etiam Meinek. p. 569.). De actione ψευδομαρτυριῶν cf. Meier. Proc. p. 380. Lis in qua haec oratio habita est, fortasse exorta erat ex accusatione Laidis. Ceterum Isaei oratio extabat πρὸς Μέδοντα περὶ χωρίου (cf. Westerm. hist. eloq. p. 295.) et Demosthenis κατὰ Μέδοντος (cf. Westerm. p. 305.).

91. Πρὸς Μενέστρατον, εἰ γνήσιος. (Tayl. 90., Westerm. 123.)

Harp. προθεσμίας νόμος. Δημοσθένης —. τὴν τῶν ε' ἐτῶν ἂν λέγοι προθεσμίαν ὁ ῥήτωρ, ὡς ἐν τῷ λόγῳ ὑποσημαίνει καὶ Λ. ἐν τῷ πρ. Μ. εἰ γνήσιος ὁ λόγος. — Si orationis titulus esset κατὰ Μενεστράτου, illum Menestratum intelligi crederem, qui ab Agorato accusatus cives multos ut vitam suam servaret ad XXX viros detulisse, sed multo post ab Atheniensibus libertate restituta capitis damnatus esse fertur in oratione Lys. adv. Agor.; in qua ipsa orat.

προθεσμίας νόμος adversus Agoratum explicatur §. 83. Inter Hermarum mutilatorum reos a Teucro denunciatos etiam Menestratus commemoratur (And. de myst. §. 35. cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 36.).

92. *Πρὸς Μικίνην φόνου.*
(Tayl. 91., Foertsch. 43., Franz. 67., Westerm. 124.)

Athen. VIII. 365. b. *σύνδειπνὸν εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνου. φησὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐπὶ τὸ σύνδειπνον κεκλημένον. καὶ Πλάτων κ. τ. λ.* Phot. p. 551, 21: *σύνδειπνα· τὰ συμπόσια· καὶ Λυσίας καὶ ἕτεροι.* Athenaei causa Taylorus, Foertschius, Franzius Prisciani (18, 24. p. 194.) verba corrigunt quae Krehlius sic exhibet: „Nos, attinet ad illam rem, *ἀνήκει πρὸς τόδε. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου· Φόνον οὐ πρὸς κ. τ. λ.*" in: *κατὰ Μικίνου φόνου.* „*Οὐ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλελείψεται.*" Quae emendari cum necesse sit, equidem secutus cod. Monac. (Spengel. Varron. p. 631.) scribo: *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου· „Φόνον οὐ πρὸς ἑτέρας αἰτίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλείψεται*" (Cod. *ΠΑΛΕΙΨΕΤΑΙ*). — Alii hanc orationem laudant *πρὸς Μικίνην* vel *Μικρίνην* vel *Σμικρίνην*; quam nominum confusionem neminem crediderim offendere; neque praepositionum varietas ut duas distinguerem orationes me adduxit. Quae enim ex or. *πρὸς Μικ.* afferuntur, satis indicant, causam eandem fuisse. Auctor hypotheseos oratt. Antiph. similem esse tradit Antiphontis tetralogiam Lysiae orationi *πρὸς Μικίνην.* Quodsi hoc dictum non modo ad causam quae Lysiae erat agenda, sed ad totam orationem, et expositionem argumentaque, quae in ea invenimus pertinet, hunc Antiphontem, cujus scripta longam oratoribus copiam suppeditabant, imitatum esse Lysiam verisimile videtur esse Spengelio (*συναγ.* p. 118.). Haec quidem conjectura satis probabilis est; ne tamen plura inde colligas cave, ut ne in Schoenbornii errores incidas, quales supra commemoravi (de epitaph.). Praeter illos autem laudat orationem Lysiae Schol. Sopater ad Hermog. *στασ.* (p. 405. Ald. T. IV. p. 405. W.): *ἰστέον δὲ ὡς ἡ πιθανὴ ἀπολογία κατασκευάζεται ἐκ τῶν ἀντικειμένων, καθόλου γὰρ τὰ στοιχεῖα δεῖ ὁρᾶν τῆς περιστάσεως, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς παροῦσι κατασκευάζειν — τόπον μὲν ὡς ὁ τοὺς ἀποκηρύκτους τρέφων ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς γῆς· ἐρεῖ γάρ, ὡς οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ*

ἔθρεψα ἧττον ὑποπτευθήσεσθαι δυναμένῳ, οἷον οὐκ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις, ἀλλὰ πόρρωθεν· οὐκ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ ἐρημίας· πρόσωπον δὲ, οὐκ ἂν ἐχρησάμην τούτοις συνεργοῖς, ἀλλὰ τοῖςδε τοῖς ἔλαττον ὑποπτευθησομένοις οἰκέταις ἢ ξενικῇ δυνάμει· τούτῳ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μικρίνην χρῆται. ἔστι δὲ ἀντιληπτικὸν τοῦτο· φήσει γὰρ, ὅτι ἐξῆν μοι δι' ἑτέρων τοῦτο πρᾶξαι· τρόπον οὐκ ἂν οὕτως, ἀλλὰ τοιῶςδε κ. τ. λ. — Scholiastarum auctoritate qui accuratius de hac oratione loquuntur, inscr. πρὸς Μικίνην exhibui. Micines vel Micrines quis fuerit nescio; neque scio quamvis nomen investigare diu et frustra studuerim loci ubi inveni eum ad hunc pertineant. Themistius de Theodosii liberalitate loquens dicit (or. 34. p. 462. Dind.): τίνα Κίμωνα οὐκ ἀποφαίνει Σμικρίνην; ille igitur Smicrines sordida fuit avaritia: eundemque sordidum fuisse in corporis habitu testatur Julianus (Misopog. p. 349. Sphm.): πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες, ἄκαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσέδραμον· ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾷν ἢ Θρασυλέοντα, δύςκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον, ἐξὸν φανῆναι τῷ καλλωπισμῷ παῖδα ὡραῖον καὶ γενέσθαι μειράκιον. Alciphron (epp. III, 43.) eum δύςτροπον et δύςκολον vocat. Eum crediderim eundem esse, cujus in Menandri et Aspide (p. 29. M. cf. p. 563.) et Δυςκόλῳ (p. 49.) partes erant. Is autem num vera persona fuerit non apparet (cf. Mein. ad Menand. p. 64. et p. 565.). Apud alios scriptores nomen me legere non memini.

93. *Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογία, εἰ γνήσιος.*

(Tayl. 92., Bekk. 39., Foertsch. 44., Franz. 43., West. 125.)

„Καὶ δύο παῖδας αὐτῷ ἀκολούθους εἶναι, ὧν οὗτος τὸν μὲν Μουσαῖον καλεῖ, τὸν δὲ Ἡσίοδον". Ita Harp. v. Μουσαῖος· Λ. πρὸς τὴν Μιξ. γραφὴν εἰ γνήσιος. „καὶ — Ἡσίοδον." ὅτι μὲν ὁ κρινόμενος ἐπετήδευσε τοὺς οἰκέτας οὕτω καλεῖν δῆλον κ. τ. λ. Eadem habent Photius p. 277, 11. et Suid., pro ἐπετήδευσε autem et οὕτω praebent ἐπετήδευε et τοῦτο. — Harp. διῆρξα ἀντὶ τοῦ διὰ τέλους ἦρξα Λ. ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξ γρ. ἀπολ. Poll. VIII, 83: διῆρξα ὡς Λυσίας (s. v. περὶ ἀρχῆς κ. τ. λ.). Suid. et Cramer. Anecd. Ox. II, 493, 1. ex Harp. titulo or. omisso. — Harp. et Phavor. ἐπιθέτους ἑορτὰς —

ἐν τῷ πρὸς τὴν Μιξ. γραφήν (vid. fragm. 62.). — Harp. Λεχαῖον ἐν τῇ Μιξ. ἀπολογίᾳ φησὶ Λυσίας ὅτι τὸ Λεχαῖον ἑάλω Μνασίππου ἄρχοντος. ἔστι δὲ τὸ Λεχαῖον ἐπίνειον Κορινθίων. quibuscum cf. Phavor. Λέχαιον, ὄνομα ὄρους, καὶ Λέχαιον ἐπίνειον Κορινθίων, ὅπερ ἑάλω Μνασίππου ἄρχοντος. — Harp. πρόπεμπτα (cf. frgm. 13.) — ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξ. γραφὴν, εἰ γνήσιος. — Harp. προχειροτονία· ἔοικεν Ἀθήνησι κ. τ. λ. ταῦτα δ' ὑποσημαίνεται ἐν τῷ Λυσίου πρὸς τὴν Μιξ. γραφήν. De causa illa ex fragmentis nihil apparet. Lechaeum archonte Mnasippo captum quidem dicitur; sed a Lacedaemoniis (cf. And. de pac. §. 18. Isae. de Dicaeog. her. §. 37.) archonte Eubulide (Eubulum eundem vocat Lysias de bon. Arist. §. 28., sed inscr. ap. Boeckh. O. c. II, 311. l. 28. habet Eubulidem) captum esse constat. Quam difficultatem Schneiderus (ad Xen. H. IV, 2, 9.) non amovit. Optime autem Boeckhius probavit (ind. lectt. 182⅞. p. 5. cf. Krueger. ad Clinton. p. 104.) mirificum profecto oratorem fuisse, qui eundem annum alio loco Mnasippi, alio Eubulidis significasset nomine. Mnasippus igitur pseudeponymus Lysiae certe non est imputandus. Quid quod, pergit Boeckhius, Mnasippi nomen ne Atticum quidem est? Μνήσιππον enim dicunt Athenienses; neque ἐπὶ Μνασίππου ἄρχοντος dixit grammaticus, sed Μνασίππου ἄρχοντος, quod referri ad ducem copiarum potest; commodeque occurrit Mnasippus Spartanus dux qui Ol. 101, 3. periit (Xen. H. VI, 2, 31. Diod. XV. 47.); nec quod Praxitas Spartanus Xenophonte teste Lechaeum cepit obstat, quia sub Praxita emeritus tunc Mnasippus, fortasse lochagus, opera sua in Lechaeo capiendo aliquid perfecerit. Mixidemides adversus quem hac oratione se defendit reus, fortasse idem est, quem in foro impugnasse Autocles ab Aristotele dicitur rhet II, 23. p. 1398. B. 25: τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς, εἰ ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς ἱκανῶς εἶχεν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δίκην δοῦναι, Μιξιδημίδῃ δ' οὔ. Quae verba si ex nostra oratione sumta essent (id quod non videtur verisimile esse) oratio Autocli (cf. fragm. 25.) auctori foret adjudicanda ideoque Harpocrationis dubitatio de genuina orationis origine explicanda; Μιξίδημος enim et Μιξιδημίδης unius ejusdemque personae sunt nomina.

94. *Πρὸς Μνησίμαχον.*
(Tayl. 93., Westerm. 126.)

Harp. v. *Καρκίνος* (vid. fragm. 82.) —. *περὶ δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ Λ. ἐν τῷ πρὸς Μν. φησὶ „συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρκίνος ὁ ποιητὴς εἰπὼν „οὐ κεῖνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους ὀρθῶς παγείσας μὲν φρένας οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν".* Quos versus ita legit Valesius:

νοῦ κεῖνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους
ὀρθῶς. παγείσας μὲν φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Pro *νοῦ κεῖνος* Bekkerus *οὐκ οἶνος* conj., quod probabile est; negationem certe nullo modo crediderim a Lysia esse omissam, utpote quae ad verba quae sequuntur intelligenda necessaria sit. Sed me dimeter inter duos trimetros positus offendit, cum talem licentiam num sibi sumserit Carcinus nesciam; cum vero vocabulum quoque *μὲν* nude positum sit aliquid quod cum v. *παγείσας* cohaeserit putaverim excidisse. Carcinum poetam tragicum diversum esse a duce qui Peloponnesum circumnavigare jussus est adnotat Harpocratio; at inter Carcinos quoque tragicos poetas distinguendum est, alius enim est Xenoclis f., qui a Lysia commemoratus est. alius Theodectis f., alius Agrigentinus; de illo quem hic locus affert cf. Meier. de bon. damn. p. 84. not. 278. Mnesimachi nomen etiam inter poetas scenicos occurrit; et illud quidem inter poetas mediae comoediae (cf. Meinek. q. s. III. 57.).

95. *Κατὰ Μνησιπτολέμου.*
(Tayl. 94., Westerm. 127.)

Phot. bibl. cod. 262: *μάλιστά γε τούτους* (qui Lysiam amplificationes oratorias adhibere negant) *ὁ κατὰ Μνησιπτολέμου διελέγχει. θαυμαστῶς γὰρ τὴν κατηγορίαν πρὸς μέγεθος οὗτος ηὔξησε.* — Id. cod. 265. p. 491. B. 17: [Demosthenis or. c. Aesch. *ἀμυδρότητα* et *κουφότητα* in accusando habet neque satis est polita], *ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτω ποιεῖσιν ὁ Λυσίου κατὰ Μν. λόγος, ἐν πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις μέρεσι τὸ παθητικὸν φυλάξαι, οὐδὲ παυόμενος τῆς ἐπιφορᾶς ἀπέστη, ἐπέτεινε δὲ μᾶλλον οὐδὲ κατὰ τὸ τέλος τοὺς ἀκροατὰς ἀποστὰς παροξύνειν.* — Mnesiptolemus quidam Plotheensis commemoratur ab Isaeo (de Dicaeog. her. §. 18.).

96. Κατὰ Μόσχου.
(Tayl. 95., Westerm. 128.)

Harpocr. δήμαρχος. Λ. ἐν τῷ κ. Μ. ἄρχων τις ἦν ὁ δήμαρχος· οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο κ. τ. λ. Contra Phavorin: δήμαρχος, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Μόσχου κ. τ. λ. Moschus pater Aristarchi laudatur a Demosth. adv. Mid. p. 548; a quo diversus est Paeaniensis testis in or. adv. Mid. p. 554.

97. Πρὸς Ναυσίαν περὶ τοῦ τύπου.
(Tayl. 96., Bekk. 40., Foertsch. 45., Franz. 44., Westerm. 129.)

Suid. λιθουργικὴ καὶ λιθοτριβικὴ διαφέρει· ἡ μὲν λιθουργική ἐστιν, ἥν ἐν τοῖς μετάλλοις ἐργάζονται οἱ τέμνοντες τοὺς λίθους· ἡ δὲ λιθοτριβική ἐστιν, ἥν μετίασιν οἱ καταξαίνοντες καὶ κατακοσμοῦντες τοὺς λίθους, ὥστ' ἀπειληφέναι τὴν εὐπρέπειαν ἕκαστον τῶν ἔργων. Λ. ἐν τῷ πρ. Ν. π. τ. τ. „Ἀλλὰ διὰ τὸ τρεῖς τέχνας ἐργάζεσθαι, τήν τε λιθουργικὴν καὶ λιθοτριβικὴν καὶ πρὸς τούτοις τὸ τετρυφηκέναι". cf. Bekk. An. 277, 33. — Poll. VII. 120: καὶ κρηπιδαῖον δέ, μέρος οἰκοδομήματος, Λυσίου εἰπόντος ἐν τῷ περὶ τοῦ τύπου „Τοῦ γείσου συντετελεσμένου καὶ τοῦ κρηπιδαίου."

98. Ὑπὲρ Νησοκλέους.
(Tayl. 97., Westerm. 130.)

Harp. ἐπιδιατίθεσθαι — (cf. frgm. 58.) — ἐπιδιαθήκη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ (Λυσίας) ἐν τῷ ὑπὲρ Νησοκλέους δηλοῖ. Cod. C. habet νισοκλέους. cod. Cantabr. Νησικλέους.

99. Πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητήν, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 98, Westerm. 131.)

Harp. ἀκμάζεις ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν νέων πράττεις. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου, Λ. ἐν τῷ πρὸς Νικ. τὸν αὐλ. εἰ γνήσιος. Cod. B. habet Νίκανδρον τὸν ἀθλητήν. Suid., Zonar., Phavorin., Cramer. Anecd. Oxon. II, 488, 29: ἀκμάζεις, τὰ τῶν νέων πράττεις. οὕτως Ὑπερ. καὶ Λυσίας. cf. Bekk. An. 365, 9. — Harp. Ἀντιγενίδας· Λ. ἐν τῷ πρ. Νικ. τὸν αὐλ., εἰ γνήσιος· υἱὸς ἦν οὗτος Διονυσίου, ἐνδοξότατος αὐλητής (cod. D. ἀθλητής). Hunc Antigeni-

dam non diversum esse putaverunt Taylorus (lectt. Lys. XI, 22.) et Jacobsius (ad anthol. Gr. I. 2. p. 57.) ab Antigenida Satyri filio musico Thebano, quem αὐλῳδὸν Φιλοξένου et ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτον χρήσασθαι dicit Suidas. Harpocrationis igitur locum mutilum esse conjecit Jacobsius Dionysiique nomen ad Siciliae tyrannum, apud quem Antigenidas cum Philoxeno versatus sit, spectare. Sed Meinekius (q. s. III. 26.) hanc conjecturam refutavit et Antigenidam probavit eundem esse qui commemoratur in Anaxandridis Protesilao. Idem V. Cl. patrem Antigenidae eundem fuisse conjecit, quo in arte musica magistro usus est Epaminondas. Quod si verum est, nostra oratio qua Antigenidam celeberrimum musicum tanquam exemplum commemoratum esse satis verisimile est, ultimis aetatis Lysiae annis scripta est. Tibicines vero Thebani erant celeberrimi, quare eodem fere tempore duos Antigenidas tibicines Thebis vixisse non est quod negemus. Itaque noster quoque fuit Thebanus, id quod inde colligimus, quod non solum in Epaminondae vita, sed etiam cum Ismenia conjunctim (cf. Intpp. ad Appul. Flor. p. 16. Oud.) commemoratur. Nicarchus quonam modo conjungendus sit cum sycophanta Aristophaneo (Acharn. 910 sqq.) non liquet.

Jam venimus ad orationes, quas adv. Niciam de inertia, adv. Nicidam de inertia, adv. Niciam de caede, adv. Niciam de proditione, contra Niciam de deposito, pro Nicia conscripsisse Lysias fertur. Auctores qui de his orationibus loquuntur in nominibus saepius discrepant; at ne si inter se consentirent quidem verisimile esset, Lysiam tot orationes contra eundem virum similesve nomine scripsisse. Equidem igitur omnes locos qui ex illis orationibus traditi sunt digessi, Taylorum in hac re praecipue secutus. Ille distinxit tres orationes, pro Nicia Imperatore, contra Niciam quendam de caede et contra Niciam quendam de inertia; illam contra Nicidam ab actione inertiae non esse dirimendam persuasum sibi habens. Quae solitaria laudatur κατὰ Νικίου, aut ad causam inertiae aut caedis referendam esse statuit; ac potius ut ipsi videtur ad priorem; nam, inquit, ubicunque ab Harpocratione ita laudatur, i. e. sine causae adjectione, ibi Cod. Ms. Cantabr. legit constanter Νικίδου, idemque plerumque habent codd. Bekkeriani. Ac Taylorum quidem recte judicasse persuasum mihi habeo; quibus rationibus autem nitar, ex orationum ipsarum ordine apparebit. Equidem igitur primam orationem apponam.

100. Κατὰ Νικιδίου s. Νικίδου s. Νικίου ἀργίας, εἰ γνήσιος. (Tayl. 99 — 101., Westerm. 132.)

Κατὰ Νικιδίου. Harp. διαγράψασθαι. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικιδίου, εἰ γνήσιος· ἀντὶ τοῦ ἀνελέσθαι τὸ ἔγκλημα. — Harp. εὔθυναι (cf. Boeckh. in Mus. Rhenan. 1827. p. 71.) Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικιδίου, εἰ γνήσιος. Cod. A. habet κατὰ Νικίδου. Hasce voces duas ad Lysiae orationem κατὰ Νικίου φόνου spectare Westermannus conjecit, sed non video, cur illae voces in or. de caede potius quam de inertia locum habuerint; equidem eas ad orationem, quam Westermannus attulit, κατὰ Νικίου προδοσίας pertinere crediderim. Sed in re tam dubia conjecturam incertam sequi nolui. — Κατὰ Νικίδου. Diog. Laert. I, 55. ubi legem de otioso deferendo explicat, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. Laert. edd. Stephan. et Basil. habent κατὰ Νικίου. — Harp. Θετταλός. Λ. κατὰ Νικίδου. εἷς τῶν Κίμωνος παίδων Θετταλὸς ἐκαλεῖτο. Haec vox potius ad or. ὑπὲρ Νικίου mihi pertinere videtur; Nicias enim in oratione umbratica, qua a Syracusanis captus vitam petens effingebatur, Thessali, qui Alcibiadem accusaverat, mentionem poterat facere. — Harp. Ὀβολοστατεῖ ἀντὶ τοῦ δανείζει Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίδου, εἰ γνήσιος. Cod. C. Νικίου. — Harp. πτώματα ἐλαιῶν· Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίδου. λέγοι ἂν ἤτοι τὸν καρπὸν τὸν ἀποπεπτωκότα τῶν φυτῶν ἢ αὐτὰ τὰ δένδρα κατά τινα τύχην πεπτωκότα. cf. Phryn. p. 375. Lob. Hoc loco diversae sunt lectiones ap. Phot. et Suidam. Phot. 471, 6: πτωμ. ἐλ. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου κ. τ. λ. Suid. v. πτ. ἐλ. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου κ. τ. λ., ubi Codd. AVEM. Νικίδου. — Κατὰ Νικίδου ἀργίας. Harp. Ποταμός. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίδου (Cod. C. Νικήδου) ἀργίας. Ποταμὸς δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὗ ὁ δημότης Ποτάμιος. ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις (p. 47. Mein.). — Κατὰ Νικίου ἀργίας. Harp. Κηττοί· Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου ἀργίας· δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος. Cod. A. Νικίδου. — Κατὰ Νικίου. Harp. Δωροξενία. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου. quod fragmentum ad orationem de proditione pertinere crediderim. — Harp. Ἰτεαῖος. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου. δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος Ἰτέα, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ἰτεαῖος. Cod. A. Νικίδου. Lex.

pone Porson. Phot. 671, 5: Ἰτεαῖος. Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίδου κ. τ. λ. — De δίκῃ ἀργίας et Lelyveldii sententia de nostra orat. cf. frgm. 18. Taylorus lectt. Lys. p. 299. R. dicit: „Extitit olim, dubito annon hodie Romae extet, in cod. Ms. Lysiae or. κατὰ Νικίου ἀργίας". Unde haec habuerit Taylorus incertum est; eum significare putat Meierus (Proc. p. 298. not. 5.) codicem oratt. Lys. Palatinum, qui nunc Heidelbergae asservatur; ubi in indice orationum illis ipsis praemisso inter oratt. δημ. καταλ. ἀπολ. et περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμ. nominatur or. κατὰ Νικίδου ἀργίας, sed ex ipsa oratione nihil invenitur. Quis fuerit Nicias nescio, neque scire cupio; quid enim nobis cordi sint tales homunculi qui nihil agendo bonum otium perdiderint ob eamque rem judicibus mulctandi sint traditi, judicibus praesertim, qui in rhetorum scholis fortasse locum habuerint. Si Lysiae fuit oratio, nihil nisi μελέτη fuisse videtur.

101. Κατὰ Νικίου προδοσίας.
(Westerm. 135.)

Hanc orationem laudant Westermannus ex Schol Hermog. et Walzius in indice operis sui magni. Nomen Lysiae non reperi; cujus vero rei culpam ob duumvirorum doctorum auctoritatem in negligentiam meam confero. Max. Planud. σχολ. εἰς τὰ περὶ μεθοδ. δεινοτ. p. 416. Ald. T. V. p. 568. W.: Εἰσαγγελία ἐστὶν ἡ εἰσαγωγὴ τῆς δίκης, ὡς ἐὰν εἴπω, κατηγορῶ Νικίου προδοσίας· φάσις δὲ ἡ ψιλὴ προσαγγελία κ. τ. λ. Gregor. Cor. ad Herm. de method. gravit. Tom. VII. p. 1123, 22. W.: Εἰσαγγελία ἐστὶν ἡ εἰσαγωγὴ τῆς δίκης ὡς ἐὰν εἴπῃς, κατηγορῶ Νικίου προδοσίας ἢ Αἰσχίνου παραπρεσβείας ἢ Θεμιστοκλέους μηδισμοῦ. Haec quoque oratio nihil nisi exercitatio videtur fuisse (cf. fr. 103.).

102. Κατὰ Νικίου φόνου, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 102., Westerm. 136.)

Harp. Ἐπιβλῆτας· Λ. ἐν τῷ κατὰ Ν. φ. εἰ γνήσιος. ἐπιβλής ἐστιν, ὡς μὲν Τιμαχίδας φησί, δοκός, ὡς δὲ φησι Κλείταρχος ὁ γλωσσογράφος, ποιά τις δοκός. cf. Eustath. in Il. ω', p. 1358.

103. *Πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης.*
(Westerm. 134.)

Clem. Al. strom. VI. p. 626. Sylb.: *Νικίας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ παραχ.* Vitium correxit Ruhnkenius (h. crit. p. 40.) in *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης· „Τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταί".* Eadem leguntur in or. de Arist. bon. §. 2. cf. Westerm. hist. eloq. p. 54. Si quid video, haec oratio est apologia contra Isocraticam adversus Euthynum; Antisthenis enim oratio (cf. Spohn. ad Isocr. Paneg. §. 188. Sauppe in Actt. Ant. Darmst. 1835. p. 407.) non forensis videtur fuisse.

104. *Ὑπὲρ Νικίου.*
(Tayl. 103., Westerm. 133.)

Theophrast. *περὶ λέξεως* (ap. Dionys. Lys. 14.): *'Αντίθεσις δ' ἐστὶ τριπλῶς· ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία προκατηγορηθείη. τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον, παιδιῶδες, καθαπερεὶ ποίημα. διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ· φαίνεται γὰρ ἀπρεπὲς σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι τοῖς ὀνόμασι παίζειν, καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν. ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατήν. οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν· „Κλαίω τὸν ἀμάχητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. ἱκέται μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀποφαίνοντες, ἀνακαλοῦντες συγγένειαν, εὐμένειαν".*

Theophrastus Dionysio teste morosus erat censor Lysiae eumque comparationis verborum sibi contrariorum atque adaequationis oratoriae amantem fuisse affirmavit; testem produxit *τὸν ὑπὲρ Νικίου τοῦ στρατηγοῦ τῶν 'Αθηναίων λόγον, ὃν εἶπεν ἐπὶ Συρακουσίων αἰχμάλωτος ὤν.* Ex quo Dionysius fragmentum nobis tradidit cujus cum vituperandam esse dictionem, tum genuinam orationis originem rejiciendam censet criticus Halicarnassensis. Maxime est dolendum, quod hac occasione rationes suas nobiscum non communicavit, sed ad librum suum de Lysiae oratt. suppositis quem hoc loco promittit se editurum, ablegat. Dictio enim cum non soleat argumentum esse, quo Dionysius genuinam orationum originem aut tueatur aut impugnet, ex illo potius sensu naturali quo

pulcrum venustumque percipimus hue illuc adducitur ut aut orationes genuinas aut spurias esse indicet, deinde argumenta historica quibus sententiam suam firmaret investigavit. Haec igitur verisimile est eum ad hanc quoque orationem a Lysia abjudicandam movisse. Ceterum condicio qua Nicias hanc orationem habuisse dicitur, obstat quominus forensem putemus (cf. Plut. Nic. 27); quod argumentum cum videatur Dionysius adhibere voluisse, Spengelius (*συναγ.* p. 137 sqq.) Theophrasto auxilio venit et orationem fuisse exercitationem suspicatur. Si Lysiae erat, certe nihil nisi exercitatio erat. Dictio autem cum omnino scholam Siculorum redoleat, oratio ei tempori videtur ascribenda esse, quo Lysias Thuriis morabatur, statim igitur post cladem Atheniensibus in Sicilia illatam; id quod etiam Taylorus et Spengelius censuerunt. Mirandum sane Lysiam argumentum exercitationis sumsisse ex illo tempore quo scripsit; mirum ex clade eum sumsisse, quae exilii sui causa est facta. Si uno tantum loco Theophrastus Lysiae fecisset mentionem, Dionysium crederem in Theophrasti libello pro Tisia legisse negligenter Lysiam; Tisiam enim talem exercitationem confecisse non offenderet. Sed Theophrastus pluribus locis Lysiam impugnavit neque verisimile est, ejus tempore orationes Lysiae fuisse subditas; ex eorum autem numero Peripateticorum qui nulla veritatis ratione habita fabulas effinxerunt, Theophrastus videtur esse eximendus. Ei igitur in hac re fidem habeamus, orationem pro Nicia fuisse Lysiae; sed opprobrio certe male rei actae in argumentis pro sententia sua confirmanda eligendis, Theophrastus non poterit liberari. Ceterum cum Lysiae exercitatione pro Nicia ejusdem oratio adversus Niciam de proditione videtur conjungenda esse, ita ut utraque opus ejusdem fere formae contiuuerit quale confecit Antiphon; nisi conjicere mavis, orationem de proditione ad litem de Hermis truncatis spectasse; sceleris enim illius se invicem accusasse Nicias et Alcibiades feruntur a scholiastis Hermogenis (e. g. cf. p. 186. 254. Ald. s. T. IV. p. 450. 608. W. Isaei vero orationis pro Nicia (cf. Westerm. hist. eloq. 295.) prorsus aliud ac Lysiacae videtur fuisse argumentum. Cf. Meier. ind. lectt. un. Hal. 1837. p. XIV.

105. *Πρὸς Νικόδημον καὶ Κριτόβουλον.*
(Tayl. 104., Westerm. 137.)

Harp. *ξυστίς. Λ. ἐν τῷ πρὸς Νικ. καὶ Κρ. γυναικεῖόν τι ἔνδυμά ἐστιν ἡ ξυστὶς πεποικιλμένον.* cf. Bekk. An.

284, 8. 14. Nicodemus quidam cum Hieronymo Ol. 96, 1. Persarum navibus est praepositus (Diod. 14, 81.), qui idem esse videtur, quem Xenophon (H. IV, 6. 8.) Nicophemum vocat (cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 25.) Aristophanis patrem, de quo cf. Lys. or. de bon. Arist, diversus vero et ab illo qui oratione Isaei de Pyrrhi her. falsi testimonii accusatur, et ab eo, qui per Demosthenem occidisse fertur (cf. Schmidt. ad Dinarch. in Demosth. §. 30.). Critobulus quidam Critonis f. inter Socratis discipulos enumeratur (cf. Plat. apol. p. 33. Euthyd. p. 271. Xen. Mem. II, 6. Aesch. ap. Athen. V, 220. Diog. L. II, 13. Epp. Socr. 4.).

106. Ὑπὲρ Νικομάχης πρὸς Ἐκφαντίδην καὶ Διοφάνην.

(Tayl. 105, Westerm. 138.)

Marcellin. ad Hermog. στασ. p. 130. II. Ald. T. IV. p. 325. W.: *Μαίωρ* (rhetor quidam) *τὸ παραγραφικὸν τὸ ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος τότε μόνον θέλει ἐμπίπτειν, ὅτ' ἂν διάφοροι τῶν στρατηγῶν αἱ πράξεις, ὅτ' ἂν δὲ μία ἡ ποιότης ἢ ῥητόρων ἢ νέων οὐκ ἔχει χώραν τὸ κεφάλαιον· ἀμέλει φησὶν ὁ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Νικομάχης διώκων Ἐκφαντίδην καὶ Διοφάνην, οὐκ ἦλθεν ἐπὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτο, διὰ τὸ μίαν εἶναι ἀμφοτέρων τὴν ποιότητα.* — Diophanes demagogus erat, qui plebem ad bona publicanda provocabat (cf. Meier. de bon. damn. p. 177.). Contra ejus *ἀπογραφὴν* fortasse haec erat apologia; Nicomachen autem *ἐπίκληρον* fuisse credo.

107. Πρὸς Ξενοφῶντα.

(Tayl. 106., Bekk. 41., Foertsch. 46., Franz. 45., West. 140.)

Phot. 546, 20. et Suid: *Συγκομιδή, ὡς ἐπὶ καρπῶν. Θουκυδίδης — καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ξ.. „συγκομίσας δὲ δῶρα καὶ ἀποδόμενος τὸ ἀργύριον".* Eadem est oratio, quam Phavor. et Etym. M. laudant *πρὸς Ξενοκράτην*, nihil variantes nisi pro *ἀποδόμενος* — *ἀποδούς*. Non igitur recte fecerunt Meursius et Kuesterus, qui duas exinde orationes procuderunt. Dinarchi quoque laudatur oratio *πρὸς Ξενοφῶντα* (cf. Meier. de bon. damn. p. 36.).

108. Περὶ τῆς Ὀνομακλέους θυγατρός.
(Tayl. 107., Westerm. 141.)

Harp. Πεντακοσιομέδιμνοι. Λ. ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀν. θυγ. — Harp. Ὑβάδαι. Λ. ἐν τῷ π. τ. Ὀ. θυγ. — Hic Onomacles utrum ille fuerit qui inter CCCC enumeratur cujusque bona munere illorum finito publicata sunt, domus eversa, an is qui unus erat triginta virorum, an uterque idem sit, id quod mihi quidem verisimilius, non decernam. Priorem sententiam amplexus est Meierus Proc. p. 458., qui eodem loco orationem ἐπιδικασίαν ἐπικλήρου fuisse conjecit. Quodcunque statuis, ex hac oratione non colliges quod Boeckhii (O. c. II, 42.) sententiae obstet, inde ab Euclide archonte πεντακοσιομεδίμνων ordinem non amplius extitisse.

109. Πρὸς τὴν φάσιν τοῦ ὀρφανικοῦ οἴκου.
(Westerm. 142.)

Phot. p. 641, 8. Suid. et Etym. M. φάσις λέγεται μὲν — λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων. Ὅτε γὰρ μὴ ἐκμισθώσαιεν οἱ ἐπίτροποι τὸν οἶκον τῶν ἐπιτροπευομένων, ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα, ἵνα μισθωθῇ. ἔφαινε δὲ καὶ εἰ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν μεμίσθωτο. τῆς περὶ τῶν ὀρφανικῶν οἴκων φάσεως (μαρτυρία ἔνεστιν εὑρεῖν) παρὰ Λυσίᾳ [παρὰ Λυκούργῳ Etym.] πρὸς τὴν φάσιν τοῦ ὀρφανικοῦ οἴκου. Eadem habent Codd. Harpocr. BCDFG. Hunc esse titulum orationis optime statuit Meierus (Proc. p. 247.), Taylorus (p. 38. not.) contra verba de fragmento orationis videtur intellexisse. De causa cf. Meier. l. l. et p. 294 sqq.

110. Κατὰ Πανταλέοντος.
(Tayl. 108., Westerm. 143.)

Poll. IV, 23: ἱκανότης δὲ εἴρηκε Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Π., ἐπὶ τοῦ ἱκανοῦ λέγειν. ὥστε ἐκ τούτου εἴποι τις ἄν, καὶ ἱκανῶς καὶ ἱκανός. Codd. aut. praebent Παντολέοντος; Seb., Jungerm. et Falckenb. legunt Πανταλέοντος, quae forma etiam extat in ed. Dindorfiana. Utramque formam usitatam fuisse docet Lobeck. ad Phryn. p. 690. Altera forma invenitur ap. schol. Lucian., altera in Bekkeri Anecdotis. Schol. enim ad Lucian. Conviv. §. 40: ζηλοτυπεῖν, τουτέστιν περὶ γυναῖκας μαίνεσθαι, Λ. ἐν τῷ κατὰ Παντολέοντος. Ex Poll.

patet, non tam novitatem vocabuli *ἱκαν.* quam novum ejus in facultate oratoria usum notatum esse (Lob. ad Phryn. p. 351.), quare male egit Antiatticista Bekkerianus (100, 16.) notans: *ἱκανότης*. *Λυσίας πρὸς Πανταλέοντα.* Is qui habet orationem in Theomnestum dicit, Pantaleontem fratrem suum natu majorem eundemque tutorem se opibus privasse paternis. Adversus eum haec oratio fortasse habita est, etiamsi non propter tutelam male gestam, tamen ob fraudes; eundem enim esse istum hominem, quem comici poetae saepius notaverunt (cf. Athen. I. p. 20. A.), ut Theogoetus (Ath. XIV. p. 616. A.) et Theopompus (Poll. X, 41.), praeclare probavit Bergkius (ad calc. Andoc. Schiller. p. 136 sqq.).

111. *Πρὸς Πολέμωνα.*

(Tayl. 110, Bekk. 42., Foertsch. 47., Franz. 46., West. 144.).

Suid. *ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν. Ἔθος ἐστὶ τοῖς γεωργοῖς ἐνιαυτὸν ἀργὴν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίους ἐκτρέφῃ τοὺς καρπούς, ὡς μὴ κατ' ἔτος τοῖς σπέρμασι πονοῖτο. Λ. ἐν τῷ πρὸς Πολ. λόγῳ διαβάλλων τινὰ τῶν ἀπλήστων γεωργῶν, τὰ ἐν τῇ γῇ καταχρώμενον καὶ κατ' ἔτος ἐξαναλίσκοντα τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, φησίν· „Οὗτοι δὲ πυροὺς ἐπὶ καλάμῃ ἀροῖ". Τουτέστιν, ἀεὶ σπείρων οὐδεμίαν ἄνεσιν τῇ γῇ δίδωσιν.* cf. Zonar. h. v., Bekk. An. 216, 25. 291, 23.

112. *Περὶ τοῦ Πολυαίνου κλήρου.*

(Westerm. 145.)

„Quaeres a me quo jure obtinere possim, quo jure mihi Polyaenus reliquit, praetor (*ἄρχων*) dedit possessionem? Leges me defendunt, ad te non pertinent; hi veritatem sequuntur". (Rutil. Lup. II, 8: Brachylogia: Hoc fieri solet, cum orator brevitate sententiae praecedit auditoris exspectationem. Lysiae: „Quaeres etc.). Rutilius titulum orationis non addit, sed inscriptionem qualem dedi fuisse nemo erit quin concedat Meiero (Proc. p. 457 sq.), quem etiam Westermannus secutus est. Lis est de hereditate Polyaeni.

113. *Κατὰ Ποσειδίππου.*

(Tayl. 111, Westerm. 146.)

Harp. et Phavor. *ἀπολαχεῖν ἀντὶ ἁπλοῦ τοῦ λαχεῖν — Λ. κατὰ Ποσ., Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς* (fr. 7.). Bekk.

An. 430, 9: ἀπολ. ἀντὶ τοῦ λαχεῖν. οὕτως Λ. καὶ Ἀντιφῶν καὶ Ἀριστοφάνης. Sed Suidas et Zonaras: ἀπολ. ἀντὶ τοῦ διαλαχεῖν. οὕτως Λ. καὶ Ἀριστ. καὶ Ἀντ.; apud utrumque vero rescribendum esse ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ τοῦ λαχεῖν viderunt Kuesterus et Tittmannus; eandem enim significationem intelligunt, in qua constituenda Harpocrationis maxima est auctoritas. Maxime etiam dubium est num ἀπολαχεῖν activa significatione possit dici. Alia est significatio verbi in Lys. or. περὶ τραυμ. ἐκ προν. §. 3: sorte non eligi inter judices choris Dionysiacis dijudicandis constitutos, quorum decem erant (cf. Hermann. antt. Gr. §. 149. not. 13.). Dinarchi oratio quae laudatur κατὰ Ποσειδίππου κλοπῆς (cf. Westerm. hist. eloq. 315.), adversus illum fortasse habita est, cujus mentionem facit Demosthenes (c. Polycl. 1221.); Isaei oratio κατὰ Ποσειδίππου (Westerm. p. 295.) adversus illum, qui ejusdem oratione de Cleon. her. impugnatur, idemque fortasse oratione Lysiaca accusatus est.

114. Πρὸς Πυθόδημον ἀποστασίου, εἰ γνήσιος.

(Tayl. 109. 112., Westerm. 147.)

Harp. Τῆτες ἀντὶ τοῦ τούτῳ τῷ ἔτει Λ. ἐν τῇ πρὸς Πυθ. ἀπολογίᾳ, εἰ γνήσιος. Ad eandem orationem pertinet Poll. VII, 17: ἔστι δὲ τοὔνομα (θρεπτὴ pro θεραπαινίς) καὶ ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Πειθόδημον ὑπὲρ ἀποστασίου. Qui titulus est corruptus (cf. Meier. d. b. d. p. 36.). Itaque scripsi πρὸς Πυθ. ἀποστασίου.

115. Ὑπὲρ τοῦ Πυράνδρου κλήρου, εἰ γνήσιος.

Apud Harp. v. κακώσεως, quem locum integrum excripsi supra frgm. 57. Lysiae quidem oratio nominatur ὑπὲρ τοῦ Πυρ. κλ.; sed et verba sequentia δηλοῦται ἔν τε τῷ προειρημένῳ λόγῳ Ὑπερίδου, cujus mentio nulla est facta, et Photii Suidaeque verba οὕτω Δημοσθένης καὶ Λυσίας καὶ Ὑπερίδης probant, ibi esse emendandum Ὑπερίδου ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πυράνδρου κλήρου; quam ob rem Westermannus (hist. el. p. 310.) et Meierus (Proc. p. 458.) hanc orationem inter Hyperideas enumerant. Neque enim propter Harpocrationis verba: καὶ Λυσίας ἔν τε τῷ περὶ τοῦ Ἡγης. κ. λ. καὶ ἐν etc. nomen Hyperidis ejusque orationis titulum excidisse putaverim.

116. Ὑπὲρ Σατύρου ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον.

Phot. bibl. cod. 265. p. 491. B. de oratione Demosthenica pro Satyro de tutela contra Charidemum. disserens dicit: οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐδ' ἱκανῶς ὢν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει. τινὲς δὲ αὐτὸν ὑπεβάλοντο Λυσίᾳ, καίτοι καὶ τὸν χρόνον ἔχοντες αὐτοῖς διαμαχόμενον καὶ τὸν τύπον ἅπαντα τῆς ἐργασίας καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἑρμηνείαν. Deperdita haec oratio Photio teste dictionem Demosthenicam habuit; in ea fuisse dicit γοργότητα et ποικιλίαν, virtutes oratorias quae Lysiae abjudicandae sunt, qui igitur auctor non videtur fuisse. Quinam fuerint Satyrus et Charidemus incertum est; cum nullo alio loco haec oratio commemoretur; inter multos qui occurrunt Satyros et Charidemos, hanc orationem ad illos trapezitas pertinere crediderim, quorum conjunctim mentionem fecit Demosthenes (pro Phorm. p. 953. 959.) nisi illum Satyrum intelligere mavis, quem magna laude effert Demosthenes (c. Androt. p. 612.).

117. Πρὸς Σοφοκλέα.
(Westerm. 148.)

Bekk. An. 109, 3: Μυκείαν. Λ. πρ. Σ. Quinam Sophocles fuerit, contra quem Lysias scripsit apologiam, incertum est. Ille qui inter τοὺς προβούλους atque inter triginta viros erat (cf. Ruhnken. h. crit. p. 43.) atque orationem habuit pro Euctemone (cf. Westerm. hist. eloq. p. 72.) non videtur intelligendus esse. Quare si noster non est homo obscurus, Sophoclis poetae tragici nepos videtur significari.

118. Κατὰ Στρατοκλέους ἐξούλης.
(Tayl. 113., Westerm. 149.)

Harp. ἐξούλης ὄνομα δίκης κ. τ. λ. ταῦτα δὲ σαφῶς Ἰσαῖος διδάσκει καὶ Λ. ἐν τῷ κατὰ Στρ. ἐξ. De ἐξούλης δίκῃ s. actione rei judicatae cf. Hudtwalcker de diaet. p. 134 sqq. Boeckh. O. c. I, 404 sq. Meier. Proc. 485 sqq. Stratoclis nomen multis locis occurrit; ex Lysiae tempore commemorantur S. ap. Is. de Hagn. her., S. ap. Plut. Amator. 4., S. ap. Isocr. Trapez. c. 5., S. pater Euthydemi (Dem. in Mid. p. 567.).

119. Σωκράτους ἀπολογία.
(Tayl. 114, Westerm. 150.)

Socrates quum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister et dominus videretur esse judicum. Quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit, sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedes, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Haec tradit Cicero de or. I, 54. quocum plus minus ceteri qui hanc historiam tangunt, consentiunt, Diog. L. II. 40, Quinctil. II, 15, 30. XI, 1, 9—11., Valer. Max. VI, 4. ext. 2. Stob. flor. 7, 56. p. 212. ed. Gaisf. Oxon. Eandem orationem respiciunt Phot. cod. 261., Bekk. An. p. 115, 8: ὑπουργία ἀντὶ τοῦ ὑπηρεσία. Λυσίας ἐν τῇ Σωκρ. ἀπολογίᾳ, et schol. Plat. Gorg. p. 330. B. Ἄνυτος κ. τ. λ. ἔπεισε μισθῷ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκρ. ἀπολ. καὶ Ξενοφῶν κ. τ. λ. Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητής κ. τ. λ. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ. Plutarchus vit. Lys. p. 324. habet: εἰσὶ δ᾽ αὐτῷ — καὶ Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν; quod Xylander vertit: defensio Socratis ingeniis judicum accommodata. Vitium hic delitescere recte Westermannus (comm. de Plut. vit. X or. p. 6.) conjecit, cum quaevis oratio ita debeat esse comparata, ut ad judicum ingenia se accommodet; suspicatur igitur negationem excidisse; optima medela atque cum Socratis de oratione sententia congrua. — Rem narratam esse veram non est cur contendere dubitemus. Etiamsi enim negares Socratem familiarem fuisse Cephali eandemque amicitiam valuisse inter Socratem et Lysiam, tamen Lysiam quoque aliquid voluisse conferre ut Socrati in vitae periculo prodesset verisimillimum est. De rixa enim inter Platonem et Lysiam quae fabulae circumferuntur, tandem opinor, rejiciendae sunt; quas etsi retinueris, tamen nihil ad Socratem pertinent. Platonem apologiam suam Lysiacae opposuisse equidem tacentibus scriptoribus non crediderim; si autem tale commentum ex eo quod unum idemque argumentum tractavit uterque colligas, etiam fabulas de inimicitia inter Platonem et Xenophontem quae exstiterit, jam dudum refutatas revocaveris.

Orationem Lysiae pro Socrato unam esse eandemque cum or. quae sequitur, adv. Polycratem Meierus quidem in ind. schol. Hal. 1837. p. XIV. existimat, sed historia illa quam ex Cicerone excripsi, mihi non ficta videtur quia amicitiam inter philosophum et oratorem fuisse est verisimillimum.»

120. Ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην. (Westerm. 151.)

Ad Aristid. Panath. p. 187, 20: *ἀγάλματα ἄνευ τῶν οὐρανίων τῆς πρώτης τέχνης τὰ πρῶτα καὶ παλαιὰ καὶ καινά* adnotat Schol.: *ἀγάλματα διὰ τὸ Παλλάδιόν φησι τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημόφιλος παρὰ Διομήδους ἁρπάξας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ. λέγοι δὲ ἂν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν Παλλαδίων, τοῦ τε καταλυόμενον τὸν αὐτόχθονα καὶ τῶν περὶ αὐτῶν γεφυρῶν* [*τοῦ τε καθιδρυμένου ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων καὶ περὶ τῶν ἀπὸ τῶν λαφύρων* Mueller. de Phidia p. 21.] *καλουμένων, ὡς Φερεκύδης καὶ Ἀντίοχος ἱστοροῦσι· καὶ τῶν κατενηνεγμένων μὲν τῇ τῶν γιγάντων μάχῃ, ὡς ἐν ἀγράφοις ὁ Φύλαρχός φησι. Παλλάδιον δὲ ἐκάλουν, καθὰ λέγει Φερεκύδης, τὰ βαλλόμενα εἰς γῆν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀγάλματα. πάλλειν γάρ, φησί, τὸ βάλλειν ἔλεγον. ἄνευ δὲ τῶν οὐρανίων, τουτέστι τῶν διαπετῶν.* Sic. Codd. B. et D. Vol. III. p. 319, 35 sqq. Dind. (103. Fromm.); Cod. vero C. p. 320, 17. sqq. habet: *οὐράνια λέγει τὰ διοπετῆ· ἦσαν δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει τρία ἀγάλματα· τὸ μὲν ἐν χαλκοῦν, ὃ μετὰ τὰ Περσικὰ Ἀθηναῖοι ἔστησαν. τὸ δὲ ἕτερον ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, παριστῶντα ἄμφω τέχνην ὑπερφυῆ. Κατεσκεύασε δὲ τὸ μὲν Φειδίας, τὸ δὲ χαλκοῦν Πραξιτέλης· καὶ τὰ μὲν ἐκ τέχνης ταῦτα· ἵστατο δὲ πρὸ τούτων ἕτερον διοπετές. ἐν γὰρ τῇ Τροίᾳ φασὶν ἐξ οὐρανοῦ τουτὶ πεπτωκέναι· λαβόντος δὲ Διομήδους, ἁρπάσας ἀπὸ τούτου Δημόφιλος Ἀθήναζε ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ φησί.* — Ad Aristid. or. *περὶ τεττάρων πρὸς Πλάτωνα* p. 133, 16. (V. II. p. 180. Dind.): *ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν Ὀδυσσέα τότε ᾐτιᾶτο θόρυβον ἐν τῷ στρατοπέδῳ ποιεῖν, ὃς τοὺς ἄλλους τοῦ θορυβεῖν ἔπαυεν* — annotat Schol. V. III. p. 480. Dind. (180. Fromm.): *οὐκέτι αὐτὸν λέγει τὸν Πλάτωνα, ἀλλ᾽ ἕτερον εἰσάγει τινά. τοῦτο δ᾽ οὐκ ἀργῶς εἶπεν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οἶδε τὸν Σωκράτην πρὸς τοὺς νέους ἀεὶ τὸν Ὀδυσσέα θαυμάζοντα τὴν τοιαύτην πρᾶ-*

ξιν, ὡς Πολυκράτης ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ φησὶ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ αὐτοῦ· ὁ μὲν συνιστῶν, ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἐκ τούτου καταλύειν ἐπεχείρει, ἐπαινῶν τὸν Ὀδυσσέα τοῖς μὲν βασιλεῦσιν ἐπαινοῦντα λόγῳ, τοὺς δὲ ἰδιώτας τύπτοντα, οὐδὲν λέγων φροντίζειν μᾶλλον αὐτοῦ τῆς τάξεως, διὰ τοῦτο οὖν καὶ αὐτὰς τίθησιν.

Polycrates rhetor, auctor ἐγκωμίου Ἑλένης, quod Gorgiae ascribitur, Spengelio auctore (συναγ. p. 75.), multas scripsisse videtur orationes, quae in laudandis levissimis rebus versabantur, ut laudationem in mures, in χύτρας, ψήφους (cf. Spengel. l. l. Meier. ind. lectt. un. Hal. 1837. p. XIII sq. Pfund. de Isocr. p. 19.), porro laudationem Helenae, Agamemnonis, Thrasybuli. A Dionysio quidem Lysiae imitator vocatur, sed eadem illa quae affert aliud ostendunt (cf. Spengel. p. 76. Westerm. quaestt. Demosth. II. p. IX. et 19.); contra eum Isocrates Busirim scripsit. Meleto a nonnullis libellum adversus Socratem confecisse dicitur, quod falsum esse probavit Spengelius. Idem exposuit, nonnullis annis post Socratis mortem sophistica oratione damnationem defendisse Polycratem (cf. Meier. l. l. p. XIV.) atque in illum Lysiam confecisse defensionem Socratis, hanc igitur diversam esse ab oratione pro Socrate adhuc vivente conscripta. Quae omnia tam praeclare Spengelius (p. 141 sqq. cf. etiam Meier. ind. lectt. Hal. 1831. p. 5.) exposuit, ut nihil habeam quod addam. Ex schol. Arist. apparet, de diis quos Socrates non veritus esse dicebatur Lysiam locutum esse, insuper etiam de philosophi sententiis politicis. Meierus Polycratem putat hac oratione magis amice reprehensum quam acerbe esse castigatum a Lysia; quod mihi parum probabile est propter illam consuetudinem quam inter Socratem et Lysiam valuisse statui. Neque ex epistola πρὸς Πολυκράτην κατ' Ἐμπέδου, utpote cujus argumentum plane nobis sit ignotum, quidquam colligi potest.

121. Πρὸς Σώστρατον ὕβρεως, εἰ γνήσιος. (Tayl. 115., Westerm. 152.)

Harp. Ἰσοτελὴς καὶ ἰσοτέλεια. Ἰσαῖος — τιμή τις διδομένη τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν μετοίκων, καθ' ἣν καὶ τοῦ μετοικίου ἄφεσις αὐτοῖς ἐγίγνετο, ὡς Λ. ἐν τῷ πρ. Σ. ὕβρ. εἰ γνήσιος. Si inquilinus a judicio absolutus erat aut si jam magistratus ἀπαγωγὴν recusaverat, dabatur reo contra actorem actio ὕβρεως; hujus argumenti fuisse orationem

Lysiae πρὸς Σώστρατον putat Meierus (de bon. damn. p. 45.). Quod num probabile sit non decernam. Si autem verum est, Sostratus fuit inquilinus, mihi ignotus. Alius Sostratus a Lysia ipso commemoratur de caed. Erat. §. 39, pro mil. §. 13.; Sostrato porro cuidam saepius insultat Aristophanes (Nub. 666. Thesm. 374.).

122. Κατὰ Τελαμῶνος, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 116, Westerm. 153.)

Harp. Εὐνεῖδαι· Λ. ἐν τῷ κατὰ Τελ. εἰ γνήσιος. γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον Εὐνεῖδαι, ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες τὴν χρείαν. — Harp. κάθετος ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός. Λ. ἐν τῷ κ. Τ. διείλεκται περὶ τοῦ καθέτου Μελίτων ἐν α' περὶ τῶν Ἀθήνησι γενῶν. Phot. p. 122, 11. et Suid. et Phavor. κάθετος — ἀμνός· οὕτως Λυσίας καὶ Μελίτων. Reinesius (observv. in Suid p. 129.) legi vult στάμνος i. e. urna, hydria; male, de victima enim in mare demersa apparet verbum intelligendum esse in ea oratione, qua de genere Attico celeberrimo multa sunt dicta; Bekk. An. 270, 8. habent: κάθετον· βοῦν τινα καθιέμενον εἰς τὴν θάλατταν τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν. Eunidae erant gens citharoedorum et saltatorum, munusque eorum praesertim circa pompas erat. De his et de Cratini fabula Eunidis cf. Runkel. Cratin. p. 21 sq., Bossler. de fam. Att. p. 50 sq., Meier. de gent. p. 44.

123. Κατὰ Τιμοθέου προδοσίας, εἰ γνήσιος.
(Tayl. 117, Westerm. 154.)

Plutarch. vit. p. 326: συνέγραψε δὲ λόγω Ἰφικράτει, τὸν μὲν πρὸς Ἁρμόδιον, τὸν δὲ προδοσίας κρίνοντι Τιμόθεον καὶ ἀμφοτέροις ἐνίκα. Timotheus bis est capitis accusatus, secundo cum Iphicrate (cf. fragm. 67.), primo vero ab Iphicrate ipso et Callistrato Ol. 101, 4. Dux enim creatus Socratide archonte Ol. 101, 3. contra Mnasippum in Corcyram mittendus, insulas antea adiit, unde naves impleret, (Xen. H. VI, 2, 12.) Athenienses vero tempus opportunum navigando consumi putantes munus ei abrogarunt Iphicratemque suffecerunt (Xen. H. l. l. 13.). Anno autem sequente Maemacterione Astio archonte Ol. 101, 4. Callistratus et Iphicrates eum in iudicium vocaverunt. Timotheus ab Iasone Thessalo et Alceta

Molossorum rege qui Athenas hoc tempore (non Socratide archonte ut Schneiderus ad Xen. H. VI., 2, 10. opinatur) venerant, ut illi succurrerent, sustentatus est (Xen. H. VI, 2, 7. Dem. adv. Tim. 1157.). Ipse cum judicium capitis vix effugisset, quaestor tamen ejus Antimachus morte plectitur ejusque bona publicantur (Dem. p. 1197. cf. Meier. d. b. d. p. 195., Schoem. de com. p. 194. Clint. p. 118. 119.). Semper Timotheo ejusque bonis summum imminebat periculum (cf. Lys de Aristoph. bon. §. 34); sic Aristogiton idem quem Demosthenes persecutus est, orationem κατὰ Τιμοθέου scripsit (cf. Suid. v. Ἀριστ., Eudoc. p. 65.); Apollodorus eum ob pecuniam patri suo debitam oratione (Pseudo-) Demosthenica accusavit. Ceterum in lite quam hic tractamus Callistratum orationem primariam habuisse verisimillimum est, Iphicratem autem ipsum συνηγορίαν confecisse; Lysiae certe abjudicanda est. De expeditionibus post hanc causam a Timotheo susceptis cf. Schneider. ad Xen. VI, 2, 13. Voemel prell. in Dem. Phil. I. p. 68 sq. Duobus fere annis post Timotheus frustra peregrinitatis crimine Iphicrati intento eidem filiam in connubium dedit (cf. Dem. p. 1204.).

124. Πρὸς Τίμωνα.

(Tayl. 118., Bekk. 43., Foertsch. 48., Franz. 47., West. 155.)

Suid. ἐσχηματισμένος· ὁ προσποιητὸν τρόπον ἔχων καὶ δοκῶν εἶναι κόσμιος· ὡς παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρ. Τ. „Οἱ δ' ἀλαζονεύονται μὲν Τίμωνι παραπλησίως καὶ ἐσχηματισμένοι περιέρχονται ὥσπερ οὗτος". Zonar. et Phavor. ἐσχημ. — κόσμιος. ὡς παρὰ Λυσίᾳ. cf. Bekk. An. 259, 11. Timon ὁ μισάνθρωπος a Phrynicho in Monotropo derisus, quamquam paullo provectior erat aetate quam Alcibiades (Plut. Alc. 16.), tamen nostro quoque loco significari videtur [cf. Bergk. apud Fritzschium in quaestt. Arist. p. 321.].

125. Πρὸς Τιμωνίδην.

(Tayl. 119., Bekk. 44., Foertsch. 49., Franz. 48., West. 156.)

Suid. διάθεσις καὶ διατίθεσθαι. ἑκάτερον αὐτῶν κεῖται ἐπὶ τοῦ διαθήκας γράφειν. καὶ Λ. ἐν τῷ πρ. Τ. „Πῶς δ' ἂν τῆς διαθέσεως τοῦ τετελευτηκότος ἀμελήσαιμεν, ἣν ἐκεῖνος διέθετο οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πεισθείς"; Isaei etiam erat or. πρὸς Τιμωνίδην (cf. Westerm. hist. el. p. 295.).

126. Κατὰ Τίσιδος.

(Tayl. 120., Bekk. 45., Foertsch. 50., Franz. 49., West. 157.)

„Ἄρχιππος γὰρ οὑτοσί, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀπεδύσατο μὲν εἰς τὴν αὐτὴν παλαίστραν οὗπερ καὶ Τίσις ὁ φεύγων τὴν δίκην, ὀργῆς δὲ γενομένης ἐς σκώμματά τε αὐτοῖς καὶ ἀντιλογίαν καὶ ἔχθραν καὶ λοιδορίαν κατέστησαν. ἔστιν οὖν Πυθέας ἐραστὴς μὲν τοῦ μειρακίου (πάντα γὰρ εἰρήσεται τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς), ἐπίτροπος δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς καταλελειμμένος. οὗτος ἐπειδὴ Τίσις πρὸς αὐτὸν τὴν ἐν τῇ παλαίστρᾳ λοιδορίαν διηγήσατο, βουλόμενος χαρίζεσθαι καὶ δοκεῖν δεινὸς καὶ ἐπίβουλος εἶναι, ἐκέλευσεν αὐτόν, ὡς ἡμεῖς ἔκ τε τῶν πεπραγμένων ᾐσθήμεθα καὶ τῶν εὖ εἰδότων ἐπυθόμεθα, ἐν μὲν τῷ παρόντι διαλλαγῆναι, σκοπεῖν δὲ ὅπως αὐτὸν μόνον που λήψεται. πεισθεὶς δὲ ταῦτα καὶ διαλλαγεὶς καὶ χρώμενος καὶ προσποιούμενος ἐπιτήδειος εἶναι εἰς τοῦτο μανίας τηλικοῦτος ὢν ἀφίσταται, ὥστε ὅτ' ἐτύγχανε μὲν οὖσα ἱπποδρομία Ἀνακείων, ἰδὼν δ' αὐτὸν μετ' ἐμοῦ παρὰ τὴν θύραν ἀπιόντα (γείτονες γὰρ ἀλλήλοις τυγχάνουσιν ὄντες) τὸ μὲν πρῶτον συνδειπνεῖν ἐκέλευεν, ἐπειδὴ δ' οὐκ ἠθέλησεν, ἐδεήθη ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ κῶμον, λέγων ὅτι μεθ' αὐτοῦ καὶ τῶν οἰκετῶν πιέται. δειπνήσαντες οὖν ἤδη συσκοτάζοντος ἐλθόντες κόπτομεν τὴν θύραν, οἱ δ' ἡμᾶς ἐκέλευον εἰσιέναι. ἐπειδὴ δὲ ἔνδον ἐγενόμεθα, ἐμὲ μὲν ἐκβάλλουσιν ἐκ τῆς οἰκίας, τουτονὶ δὲ συναρπάσαντες ἔδησαν πρὸς τὸν κίονα, καὶ λαβὼν μάστιγά τις ἐντείνας πολλὰς πληγὰς εἰς οἴκημα αὐτὸν καθεῖρξε. καὶ οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτῷ ταῦτα μόνον ἐξαμαρτεῖν, ἀλλ' ἐζηλωκὼς μὲν τῶν νεωτέρων τοὺς πονηροτάτους ἐν τῇ πόλει, νεωστὶ δὲ τὰ πατρῷα παρειληφὼς καὶ προσποιούμενος νέος καὶ πλούσιος εἶναι, πάλιν τοὺς οἰκέτας ἐκέλευσεν ἡμέρας ἤδη γενομένης πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν μαστιγοῦν δήσαντας. οὕτω δὲ τοῦ σώματος πονήρως ἤδη διακειμένου Ἀντίμαχον μεταπεμψάμενος τῶν μὲν γεγενημένων οὐδὲν εἶπεν, ἔλεγε δ' ὡς αὐτὸς μὲν δειπνῶν τύχοι, οὗτος δὲ μεθύων ἔλθοι, ἐκκόψας δὲ τὴν θύραν καὶ εἰσελθὼν κακῶς λέγοι αὐτὸν καὶ τὸν Ἀντίμαχον καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν. Ἀντίμαχος δὲ ὠργίζετο μὲν αὐτοῖς ὡς μεγάλα ἡμαρτηκόσιν, ὅμως δὲ μάρτυρας παρακαλέσας ἠρώτα αὐτὸν πῶς εἰσέλθοι· ὁ δὲ κελεύσαντος Τίσιδος καὶ τῶν οἰκετῶν ἔφασκε. συμβουλευόντων δὲ τῶν εἰσελθόντων ὡς τάχιστα λῦσαι καὶ τὰ γεγενημένα

δεινὰ νομιζόντων εἶναι ἀπέδοσαν αὐτὸν τοῖς ἀδελφοῖς. οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ Δεῖγμα ἐν κλίνῃ καὶ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ξένων οὕτω διακείμενον, ὥστε τοὺς ἰδόντας μὴ μόνον τοῖς ποιήσασιν ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως κατηγορεῖν, ὅτι οὐ δημοσίᾳ οὐδὲ παραχρῆμα τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας τιμωρεῖται".

Lin. 13. διαλλαγεὶς et lin. 15. ὥστε ὅτ' scripsi cum Scheibio (l. l. p. 46.) et Frankio (Actt. Antiq. Darmst. 1837. p. 265.) pro vulg. ἀπαλλαγεὶς et ὥστε ἐτύγχανε κ. τ. λ. Magnum hoc fragmentum servavit Dionysius Hal. de adm. vi dic. Dem. c. 11, ubi Demosthenis dictionem cum Lysiaca comparat, ibique dicit: ἡ Λυσίου λέξις διήγησίν τινα περιέχουσα ὑβριστικήν. „Ἄρχιππος γὰρ κ. τ. λ. — τιμωρεῖται". αὕτη μὲν (haec verbis illis excerptis addit c. 12.) ἡ Λυσίου διήγησις ἐκ τοῦ κατὰ Τίσιδος λόγου. Archippus igitur quidam (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 33.) in palaestra in certamen cum Tiside juvene venerat; sed tutore suadente Tisis se reconciliatum simulavit. Paullo post Archippum eumque qui orationem habuit domum suam ad coenam vocavit; quo recusato certe ut convivium secum celebrarent postulavit. Vesperi igitur uterque ad Tisidem se contulit. Vix vero domum ingressi sunt, quum orator ejectus est, Archippus autem ad columnam alligatus crudeliterque verberatus. Diluculo demum praesertim Antimachi cujusdam ope religatus atque in lecto in Piraeum est deductus. Ex fragmento apparere videtur, orationem in causa αἰκίας habitam esse (cf. Meier. Proc. p. 547.); quod si constat, haec oratio est δευτερολογία; quominus enim tanquam oratio primaria sit habita ab Archippi tutore obstant verba: γείτονες γὰρ ἀλλήλοις τυγχάνουσι ὄντες; dictum enim esset quia pupilli in tutorum domo habitabant, τυγχάνομεν. Nostram orationem laudari etiam ab Joann. Sicil. cod. Barocc. 175. fol. 183. annotavit Bekkerus. Eandem fortasse respexit Harpocratio v. Δεῖγμα· κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο. ἔστι δὲ τὸ ἔθος Ἀττικόν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τοὺς τόπους αὐτούς· Δημοσθένης καὶ Λυσίας. Δεῖγμα locus in Piraeo, ubi merces proponere moris erat. cf. Boeckh. O. c. I, 64. Ast. ad Theophr. char. p. 201., Schoem. de sortit. judic. p. 46 sq.

127. Ὑπὲρ Φερενίκου περὶ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου.

(Tayl. 124., Bekk. 46. 47., Foertsch. 51. 52, Franz. 50. 51, West. 159.)

„Ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι, ἄνδρες δικασταί, περὶ τῆς φιλίας τῆς ἐμῆς καὶ τῆς Φερενίκου πρῶτον εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μηδεὶς ὑμῶν θαυμάζῃ ὅτι ὑπὲρ οὐδενὸς ὑμῶν πώποτε εἰρηκὼς πρότερον ὑπὲρ τούτου νυνὶ λέγω. ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ξένος ἦν Κηφισόδοτος ὁ τούτου πατήρ, καὶ ὅτε ἐφεύγομεν, ἐν Θήβαις παρ' ἐκείνῳ κατηγόμην καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλος Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, καὶ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ καὶ παθόντες ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν αὐτῶν κατήλθομεν. ἐπεὶ δ' οὖν οὗτοι ταῖς αὐταῖς τύχαις ἐχρήσαντο καὶ φυγάδες Ἀθήναζε ἀφίκοντο, ἡγούμενος τὴν μεγίστην αὐτοῖς ὀφείλειν χάριν οὕτως οἰκείως αὐτοὺς ὑπεδεξάμην, ὥστε μηδένα γνῶναι τῶν εἰσιόντων, εἰ μή τις πρότερον ἠπίστατο, ὁπότερος ἡμῶν ἐκέκτητο τὴν οὐσίαν. οἶδε μὲν οὖν καὶ Φερένικος, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι πολλοὶ λέγειν εἰσὶν ἐμοῦ δεινότεροι καὶ μᾶλλον τοιούτων πραγμάτων ἔμπειροι· ἀλλ' ὅμως ἡγεῖται τὴν ἐμὴν οἰκειότητα πιστοτάτην εἶναι. αἰσχρὸν οὖν μοι δοκεῖ εἶναι κελεύοντος τούτου καὶ δεομένου τὰ δίκαια αὐτῷ βοηθῆσαι περιιδεῖν αὐτόν, καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ ἐγώ, τῶν ὑπ' Ἀνδροκλείδου δεδομένων στερηθῆναι".

Hoc quoque fragmentum servavit Dionysius Hal. Isae. 6., ubi orationis Lysiacae atque orationis ὑπὲρ Εὐμαθοῦς ab Isaeo conscriptae prooemia comparat. Ἔστι δή, ait, καὶ παρὰ τῷ Λυσίᾳ τις ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου, δίκην φεύγοντος περὶ κλήρου, ποιούμενος τὴν ἀπολογίαν· τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος Περὶ Φερενίκου ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου· καὶ ἔστι πολλοῖς πρότερον ἠγωνισμένος ἔτεσιν θατέρου (i. e. oratione Isaei). ἐν ᾧ τὴν αἰτίαν πρώτως ἐπιδείκνυσιν ὁ περὶ τοῦ ξένου ποιούμενος τοὺς λόγους, ὥσπερ ὁ τὸν μέτοικον ἐξαιρούμενος εἰς ἐλευθερίαν. ἔστι δὲ τὸ προοίμιον τοῦ λόγου τόδε· „Ἀναγκαῖον κ. τ. λ.". — Titulus qualem Bekkerus scripsit aptior est eo, quem Dionysius habet. Accedit quod Suidas sic scribit: Οὐσία φανερὰ καὶ ἀφανής. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Φερενίκου λέγει: „Εἰ μὲν γὰρ ἀγροὺς κατέλιπεν Ἀνδροκλείδης ἢ ἄλλην φανερὰν οὐσίαν, ἐξῆν ἂν εἰπεῖν τῷ βουλομένῳ ὅτι οὗτος μὲν ψεύδεται, αὐτῷ δὲ δέδοται. περὶ δ' ἀρ-

γυρίου καὶ χρυσίου καὶ ἀφανοῦς οὐσίας δῆλον ὅτι ὅστις ἔχων αὐτὰ φαίνεται, τούτῳ δέδοται". Qui locus prius legebatur ἀφανοῦς οὐσίας. Δηλονότι ὅστις — τούτῳ δέδωκεν, ut Kustero mutilus esse videretur; Bekkerus primus eum emendavit, sed quae hic et Foertschius Franziusque retinuerunt: ὅτι οὐδὲν μὲν ψεύδεται, αὐτῷ δὲ δέδοται. περὶ ἀργ. recte mihi videor correxisse cum Scheibio l. l. p. 47. cujus conjecturam Frankius in Actt. Antiq. Darmstad. 1837. p. 265. summo jure speciosam certe nuncupavit. — Lis erat de rebus mobilibus quae ab Androclide Pherenicus acceperat. Pro eo hanc orationem, quam συνηγορίαν esse statuas (cf. Schoem. Proc. 709.), habuit hospes Atheniensis, quem ejusdem patronum fuisse verisimile est. Habita est oratio Ol. 99, 3. vel 4; exulum enim historia Thebanorum attingitur, qui Ol. 99, 2. Cadmea o Phoebida occupata Athenas effugerunt ibique a civibus summopere honorabantur. Insidias vero illis struxit Leontiades proditor, sicariis clam immissis qui Androclidem solum occiderunt (cf. Xen. H. V, 2, 31. Plut. Pelop. 5 6.), virum inter principes Thebanorum insignem, qui jam antea rebus publicis se dederat. Eum enim et Ismeniam et Galaxidorum Timocrates s. Hermocrates Rhodius auro Tithraustis corruperat, ut bellum Boeoticum conflarent (Xen H. III, 5. 1.); Plutarchus Lysand. 27., ubi hanc rem enarrat, commemorat Androclidem et Amphitheum, Pausanias (III, 9, 4.) Ismeniam, Androclidemque et Amphitheum. Androclides praesertim et Ismenias cum a Spartanis in judicio Thebis instituto accusati essent, Ismenias interfectus est, Androclides effugit. Pari nobilitate et Pherenicus Thebanus erat; ex fugitivis enim Thebanis eum et Androclidem et Pelopidam commemorat Plutarchus (Pelop. 5.); De ejus meritis in Thebis liberandis cf. Plut. Pelop. 8.

128. Κατὰ Φιλίππου ἐπιτροπῆς, εἰ γνήσιος. (Tayl. 125., Westerm. 160.)

Harp. "Ἀρκτοῦρος καὶ Ἀρκτοφύλαξ ὁ Βοώτης ὀνομαζόμενος· Λ. ἐν τῷ κ. Φ. ἐπιτ. — Harp. et Phavor. ζειρά ἤτοι σειρά, ὥς τινες, ἥν ἔνδυμά τι ὃ ἐπενεδύοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας ὥσπερ ἐφαπτίδας. Λ. ἐν τῷ κ. Φ. εἰ γνήσιος. — Harp. ὀδός. Δημοσθένης — εἰ δὲ ψιλωθείη ἡ προτέρα, σημαίνει τὸν βαθμόν, ὡς παρὰ Λ. ἐν τῷ κ. Φ. εἰ γνήσιος. — Harp. Πεδιακά, Λ. ἐν τῷ κ. Φ. ἐπιτ. εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐστί. μοῖρα τῆς Ἀττικῆς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἐκαλεῖτο Πεδίον· εἶχε δὲ καὶ προβά-

των νομάς, καὶ τὰ ἐντεῦθεν, ὡς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο Πεδιακά. Phot. p. 403, 26. habet Πεδιακά· μοῖρα τῆς Ἀττικῆς ἐστιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ συμβεβλῆσθαι νομάς· ἔστι τὸ ὄνομα παρά τε Λυσίᾳ καὶ παρ' ἄλλοις ῥήτορσιν. Suidas habet Πελίκα· Μοῖρα κ. τ. λ., ut Photius. At Harpocrationis lectio retinenda est, cf. Hesych. h. v., apud Suidam quoque Πεδιακὰ legi vult Kusterus. — Ap. Polluc. X, 23: ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς τὰς κλεῖδας εὑρήκαμεν corrigendum est κατὰ Φιλίππου. — Zonar. ἀποχρῆν καὶ ἀποχρᾶν. τὸ ἀπαρέμφατον ῥῆμα λέγουσιν ἑκατέρως. Δημοσθεν. κ. τ. λ. Λυσίας· „Φιλίππῳ δὲ μὴ οἴεσθαι ταῦτ' ἀποχρῆν". — Fragmenta quae ex oratione tradita sunt, eam non illustrant; bona enim significant, pupillorum ut videtur. Arcturum in oratione verisimile est ita nominatum esse, ut tempus navigationi periculosum significatum sit (cf. Dem. adv. Lacrit. 926. Boeckh. O. c. I, 151. Wachsmuth. a. Gr. II, 1, 228.) indeque fortasse colligi licet, Philippum pecuniam pupillorum in naves mutuo dedisse atque debitori quo majores acquireret usuras permisisse, ut post Arcturi ortum navigaret. Quae autem sententia cadit, si Philippum eundem fuisse statuimus, quem Timotheo subjectum ναύκληρον Demosthenes saepius vocat in oratione adversus Timotheum. Hoc si verum est, in oratione de Philippi navigationibus erat sermo.

129. *Πρὸς Φιλοκράτην συμβολαίου ἀπολογία,* (Tayl. 126., West. 161.)

Harp. Βησαιεῖς. Λ. ἐν τῇ πρ. Φ. συμβ. ἀπολ. δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος ἡ Βῆσα. — Harp. Εὐωνυμεῖς. Λ. ἐν τῷ κατὰ Φ. δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθηΐδος, ὥς φησι Διόδωρος. Verbum in or. superstite adv. Philocratem non exstat; quare cum Tayloro et Westermanno huc rettuli; scribe igitur πρὸς Φιλ. — Bekk. An. 115, 27: Φιλόγυνος, οὐ μόνον φιλογύνης. Λ. πρὸς Φιλ. — Num hic idem Philocrates sit, qui oratione Lysiaca accusatus est, incertum est. De συμβολαίοις cf. Meier. Proc. p. 493 sqq.

130. *Πρὸς Φίλωνα ὑπὲρ Θεοκλείδου φόνου.* (Tayl. 127., Bekk. 48., Foertsch. 53., Franz. 52., West. 162.)

Poll. IX, 39: ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φ. ὑπ. Θεοκ. φ. ἔστιν εὑρεῖν οἰκάριον „ἀλλ' εἰς τὸ οἰκάριον τὸ ὄπισθε τῆς γυναικωνίτιδος". — De moechi caede iis videtur fuisse.

131. *Κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 128., Bekk. 49., Foertsch. 54., Franz. 53., West. 163.)

„*Ἔστιν οὖν γυνὴ ἑταίρα, Ναῒς ὄνομα, ἧς Ἀρχίας κύριός ἐστιν, ὁ δ' Ὑμέναιος ἐπιτήδειος, ὁ Φιλωνίδης δ' ἐρᾶν φησι.*". Ita Athenaeus XIII. p. 592. c: *τὴν δὲ Ναΐδα ταύτην* (cujus laudationem conscripsit Alcidamas rhetor) *Λ. ἐν τῷ κ. Φιλ. β. εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐρωμένην φησὶ γενέσθαι Φιλωνίδου, γράφων ὧδε· „ἔστιν — φησί". μνημονεύει αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ* (fr. 33. Dind.), *μήποτε δὲ κἂν τῷ Πλούτῳ, ἐν ᾧ λέγει· „Ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου"; γραπτέον Ναῒς καὶ οὐ Λαΐς.* — Athen. XIII. p. 586. e: *ἐν δὲ τῷ κ. Φιλ. β. ὁ Λ., εἰ γνήσιος ὁ λόγος, καὶ Ναΐδος τῆς ἑταίρας μέμνηται.* — Harp. *Ἡλιαία μέν ἐστι τὸ μέγιστον δικαστήριον κ. τ. λ. Λυσίας — ἐν δὲ τῷ κ. Φ. εἰ γνήσιος τῷ ἡλιάζεσθαι ἐχρήσατο.* — Harp. *κακώσεως* (cf. fr. 57.) — *ὅτε δὲ ἐξῆν καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι κακώσεως γονέων καὶ ταῖς ἐπικλήροις βοηθεῖν δηλοῦται — ἐν τῷ Λ. κ. Φ. β. εἰ γνήσιος.* — Harp. *Ναῒς ἑταίρα τις· Λ. ἐν τῷ κ. Φ. εἰ γνήσιος, καὶ Ἀριστ. ἐν τῷ Γηρ. μήποτε δὲ καὶ ἐν τῷ Πλούτῳ, ὅπου φησὶν ὁ κωμικός „ἐρᾷ κ. τ. λ." γραπτέον ἦν διὰ τοῦ ν Ναῒς διὰ τὸν Φιλωνίδην.* Phot. p. 285, 11: *Ναΐς· ἑταίρα τις ἧς μέμνηται Λ. καὶ Δημοσθένης.* Suid. *Ναΐς· ἑταίρα τις ἧς μέμν. Λ. καὶ Ἀριστ. ἐν Πλ. „ἐρᾷ κ. τ. λ." Ἄμεινον οὖν Ναῒς γράφειν ἢ Λαΐς, ὡς καὶ Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται.* Uberrima de hac oratione extat disputatio Hanovii (in exercc. in com. Gr. p. 31 sqq.) tam accurate scripta, ut novi quidquam addi posse vix crediderim. Meierus quidem (ind. lectt. Hal. 1831. p. 4.) Hanovii judicium falsum esse contendit; mihi vero illud valde probari confiteor. cf. etiam Droysen. ad Arist. Plut. 179. Persuasum mihi habeo, Philonidem nostrum non esse poetam comicum, sed Melitensem, quem Aristophanes illudit tanquam *αἴσχιστον* et *ἀπαίδευτον* hominem, *εὔπορον* et *ὡς μέγαν τῷ σώματι* et *ἠλίθιον* alii poetae comici, Nicocharis in Galatea, Philyllius, Plato, Theopompus (Schol. Ar. Plut. 179. cf. Hanov. p. 30.), Aristophon (Hanov. p. 29.). Aristophanes *κωμῳδεῖ αὐτὸν ὡς πλούσιον*, ait Schol. Plut. 303., earundemque divitiarum causa ejus filiam Aphobus Demosthenis tutor in matrimonium duxit (Dem. adv. Aphob. I. p. 831. cont. Aphob. p. 858. Hanov. p. 29.). Hunc igitur Philonidem perstringit Arist. Plut. 179:

ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διά σε (ὦ Πλοῦτε) Φιλωνίδου; Scholiasta alter utramque Laidem confundit, alter quidem distinguit, hoc vero loco Laidem majorem Corinthiam significari putat. Cui sententiae obstat Athenaeus, qui Naidem legendum esse conjecit; eique assentiuntur Harpocratio et Suidas inter veteres, Hanovius autem illam conjecturam tantopere stabilivit, ut vix opponi aliquid posse credam. Accuratae igitur disputationis nisi ut summam hic breviter complectar nihil superest. Philonides stupri violenti quod Naidi intulerat reus est; Nais meretrix, civis Atheniensis atque *ἐπίκληρος* est; Archias ejus *κύριος*, Hymenaeus cognatus, cui fortasse nubere debebat. Archia et Hymenaeo donis corruptis Naide potitus est invita Philonides. Archia tutore autem ab aliquo *κακώσεως* accusato Philonidi privata actio *βιαίων* ab alio tutore intendebatur atque hanc nostra oratio attingit. Nais conjunctim cum Laide commemoratur etiam a Philetaero (ap. Athen. XIII. p. 587. f.):

οὐχὶ Λαῒς μὲν τελευτῶσ᾽ ἀπέθανεν βινουμένη;
περὶ δὲ Ναΐδος σιωπῶ, γομφίους γὰρ οὐκ ἔχει.

132. *Περὶ Φρυνίχου θυγατρός, εἰ γνήσιος.* (Tayl. 129., Westerm. 164.)

Harp. *ἀρκτεῦσαι Λ. ἐν τῷ ὑπὲρ Φρ. θυγ. εἰ γνήσιος, τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Μουνυχίᾳ ἢ τῇ Βραυρωνίᾳ.* Suid. *ἀρκτεῦσαι. Λ. τὸ καθιερ. πρὸ γάμ. τὰς παρθ. τῇ Ἀρτ. ἀρκτεύειν ἔλεγεν. καὶ γὰρ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι ἐκαλοῦντο.* Eadem Phavor. et Bekk. An. 444, 30. cf. 206, 4. — Harp. *δεκατεύειν* — *Δίδυμος ὁ γραμματικὸς περὶ τούτου βιβλίον γράψας φησὶν ὅτι τὸ δεκατεῦσαι Λ. ἐν τῷ περὶ τῆς Φρυν. θυγ. ἀρκτεῦσαι εἴρηκεν· δεκατεῦσαι μέντοι, φησίν, κυρίως ἐλέγετο τὸ καθιερῶσαι, ἐπειδήπερ ἔθος ἦν Ἑλληνικὸν τὰς δεκάτας τῶν περιγινομένων τοῖς θεοῖς καθιεροῦν. ἴσως δὲ τὸ ἀρκτεῦσαι δεκατεῦσαι εἴρηκεν ὁ ῥήτωρ, ἐπειδὴ αἱ δεκέτιδες ἤρκτευον.* cf. Bekk. An. 234, 33. — Oratio in *ἐπιδικασίᾳ ἐπικλήρου* habita est; id quod probat v. *ἀρκτεῦσαι*; puellas enim tum demum quum Dianae Tauricae Brauroniae officium praestitissent, uxores ducere licebat, illudque officium vocabatur *ἀρκτεία*. cf. Hemsterh. ad Schol. Luc. I. p. 620. Mueller. Orchomenos p. 309, Dorier. I. 380. Prolegg. p. 73. Meier. Proc. p. 407., Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 293., Meyeni dissert. Berol. 1835. quosque citat Voemel. proll. ad Dem. Philipp. I. p. 39 sqq. — Phrynichus inter-

fectus proditor publice pronuntiatus est, ossa ex terra Attica ejecta, domus eversa, bona publicata (cf. Lyc. in Leocr. §. 111 sqq. Meier. de bon. d. p. 181. Schoem. de com. p. 225., Sievers. de Xen. Hell. I. p. 74.). De ejus filia ἐπιδικασίαν fuisse profecto mireris (cf. Meier. Proc. p. 458.).

133. Πρὸς Χαιρέστρατον.
(Tayl. 130., Westerm. 165.)

Harp. Ἐπακτὸς ὅρκος ὃν αὐτός τις ἑκὼν αὑτῷ ἐπάγεται, τουτέστιν αἱρεῖται. Λ. ἐν τῷ πρ. Χ. — ἔστι δὲ ὅρκου τρία εἴδη, ἀπώμοτος καὶ κατώμοτος καὶ ὁ καλούμενος ἐπακτός· εἶναι δὲ τοῦτον οὐχ ἁπλοῦν· δεῖ γὰρ τὸν προτεινόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρκίζοντος αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀντιφωνεῖν τὸν ὁρκιζόμενον.

134. Πρὸς Χυτρῖνον.
(Tayl. 132., Bekk. 51., Foertsch. 56., Franz. 55., West. 167.)

Poll. X, 116. (v. περὶ λύχνου etc.) ὁ δὲ νῦν φανὸς καὶ λυχνοῦχος, ὡς Ἀριστοφάνης — ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρ. Χ. „Ἐξαίφνης τοῦ συνακολουθοῦντος οἰκέτου λίθον τις λαβὼν ἔκρουσε τὸν λυχνοῦχον". — cf. Hesych. h. v., Schol. Ar. Acharn. 936, Intpp. ad Moer. p. 245, Nunnes. ad Phryn. p. 60. ed. Lob.

135. Ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος.
(Tayl. 133., Westerm. 168.)

Plut. vit. Lys. p. 323: Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ὃ ἐγράψατο Ἀρχῖνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελών. Sic legit Taylorus; Vulg. ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ἐγράψατο Ἀρχῖνος, τὴν πολ. αὐτῷ περιέχων: Wyttenb. εἰσὶ δὲ οὗτοι καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ψηφ., ὃ ἐγρ. Ἀρ. τὴν πολ. αὐτοῦ περιελών. — Archinus, Thrasybulum quum de civitate Lysiae donanda ψήφισμα ἀπροβούλευτον tulisset, παρανόμων accusavit. Qua in re pro reo Lysiam orationem scripsisse verisimillimum est; titulus vero accuratior fuerit: πρὸς Ἀρχῖνον παρανόμων.

Appendix.

Epistolae et Amatorii.

Scripsisse Lysiam *λόγους ἐρωτικούς, ἐπιστολικούς* testantur Dionysius, Plutarchus, Photius; Suidas et Eudocia dicunt: *Ἔγραψε ἐπιστολὰς ζ, μίαν μὲν πραγματικὴν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐρωτικάς, ὧν αἱ πέντε πρὸς μειράκια.* Distinguendae igitur videntur esse ab orationibus amatoriis epistolae; quarum quinque ad pueros pertinebant. Una est servata in Platonis Phaedro, de qua supra exposuimus. Quodsi ex hac conjicere licet, omnes illae epistolae amatoriae nihil nisi exercitationes erant. Ad eundem puerum quem in animo habuit in Phaedro Lysias, *ἐρωτικός* extat ap. Fronton. p. 35 sqq. Qui haec verba praemittit: *ὦ φίλε παῖ, τρίτον ἤδη σοι τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυσίου τοῦ Κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος τοῦ σοφοῦ, τὸ δὲ δὴ τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου ἀνδρὸς τὴν μὲν φωνὴν ὀλίγου δεῖν βαρβάρου, τὴν δὲ γνώμην ὡς ἡγοῦμαι ἀξυνέτου κ. τ. λ.* Epistolae ipsius initium est: *Ἔοικας ὦ παῖ πρὸ τοῦ λόγου παντὸς βούλεσθαι μαθεῖν, τί δή ποτέ γε μὴ ἐρῶν ἐγὼ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς γλίχομαι τυχεῖν ὧνπερ οἱ ἐρῶντες.* Num haec ipsius Lysiae epistola sit mihi nondum perspicuum est; quare eam insuper valde truncatam huc inserere non ausus sum (cf. Spengel *συναγ.* p. 127. sq.). Aliae igitur atque epistolae, si Suidam sequeris, erant orationes amatoriae, quarum argumenta

erant amores meretricum, color sordidus. Sed Suidae verbis obstant fragmenta quae ex epistolis nobis tradita sunt; quare crediderim omnes orationes amatorias formam epistolarem habuisse. Itaque hoc loco nolui distinguere. Quod autem Bonannus testatur, has Lysiae epistolas suo quidem tempore servari mss. in civitate Oxoniensi, huius rei quid verum sit nescio. Quae Tzetzes habet Chil. XI, 680. de epistolis intelligenda videntur esse, sed ejus verba non perspicua sunt. Ex epistolis quae nobis traduntur, haec sunt.

Πρὸς Ἀσύβαρον.

Suid. v. πώμαλα. ἀντὶ τοῦ πόθεν. Οἷον οὐδαμῶς. Ἔστι δὲ τὸ μὲν πῶ Δώριον, τιθέμενον ἀντὶ τοῦ πόθεν. τὸ δὲ μαλα ἢ παρέλκει ἢ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον ἐν τῷ πώμαλα· οἷον οὐ μάλα, ἀντὶ τοῦ οὔ, ἢ ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. Ἔστι δὲ Ἀττικόν. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Ἀσ. ἐπιστολῇ· „Γενναίως γὰρ αἱ γυναῖκες πώμαλα ἔφασαν ὀρχεῖσθαι, δέον οὐδὲ πιούσας ἀπηλλάχθαι τοῦ συμποσίου". De v. πώμαλα cf. Intpp. ad Greg. Cor. p. 141 sqq.

Πρὸς Μετάνειραν.

Schol. Plat. Gorg. p. 347. Bk.: πληθυντικῶς οὐ μάλας (μάλλας οἱ παλαιοὶ) λέγουσιν, ἀλλὰ μασχάλας, καὶ ἄνευ τῆς προθέσεως· Λ. ἐν τῇ πρὸς Μ. ἐπιστολῇ· „Καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας". Eadem habet Suidas v. ὑπὸ μάλης, nomine Metanirae omisso; Photius p. 629, 9. Lysiam laudat, fragmentum vero non praebet. — Suid. v. Ὁμοῦ. Ἐγγύς. Λυσίας δὲ ἐπὶ τόπου τοῦτο τάττει, ἐν τῇ πρὸς Μ. ἐπιστολῇ· „Γυναικῶν δὲ πολλῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοῦ κατακειμένων". Photius p. 334, 16. epistolae significationem omisit. — Poll. VIII, 130: φρυγανοφόροι δὲ ὄνομα ἐν τῇ Λυσίου πρὸς Μ. ἐπιστολῇ. Epistola videtur esse qua Lysias Metanirae amorem renunciat; summaque Lysiae aetate conscripta esse videtur Spengelio (συν. p. 124.).

Πρὸς Πολυκράτην κατ' Ἐμπέδου, εἰ γνήσιος.

Harp. v. πεφορριῶσθαι. Λ. ἐν τῇ πρὸς Π. κ. Ἐ. ἐπιστολῇ εἰ γνήσιος, φησὶν „ἢ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν ἕτερον γλαυκότερον εἶναι ἢ πεφορριῶσθαι". ἐπὶ τοῦ ἀποκεκλει-

σμένου, — εἰσὶ γάρ τινες ὀφθαλμοὶ κατακεχαλασμένα ἔχοντες τὰ βλέφαρα καὶ οἱονεὶ μύοντες." Ante Bekker. legebatur περιφοριῶσθαι (cf. Bast. ad Gr. Cor. p. 928.), quod adhuc habent Photius p. 424, 18., Suidas, Phavor. s. v., qui eadem quae Harp. praebent, inscr. epistolae omissa. Quid haec epistola sibi voluerit, non intelligo; pragmaticam fuisse, quam Suidas vocat, censet Fabricius.

Ex epistolis incertis.

Athen. XIII. p. 592. b: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστατος Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ καλήν, ὡς Λυσίας ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς. Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας τὴν Μετάνειραν τοῦ Λυσίου φησὶν ἐρωμένην εἶναι.

Suid. Φαῦλον. Ὅτι Φαῦλον εἴρηται σχεδὸν ὑπὸ πάντων τῶν ῥητόρων τὸ κακὸν ἐπί τι πράγματος καὶ ἀνδρὸς οὕτω ταττόμενον. Καὶ Λυσίας ἐν ἐπιστολῇ λέγων· „Ὡς οὐ φιλῶ σε, φαυλότητά μου μεγίστην καταγινώσκεις· εἰ γὰρ ἦθος τοιοῦτον, καὶ τρόπον, καὶ ψυχήν, καὶ εὔνοιαν οὕτως ἀπροφασίστως, ἔτι δὲ συνουσίας οἰκειότητα καὶ λόγων κοινωνίαν μὴ καθ' ὑπερβολὴν ἀσπάζομαι, τίς γένοιτ' ἂν ἐμοῦ ἀθλιώτερος, ὃς ἀναισθήτως ἔχω πρὸς τὸ φρονεῖν;"

Suid. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. Ἐπὶ τοῦ ἐπιμόνως ἐχθρωδούντων πρός τινας Λυσίας: „Ὤιμην δὲ ἔγωγε τοιαύτῃ φιλίᾳ συνηρμόσθαι, ὥστε μηδ' ἂν τὴν Ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμποδὼν ἡμῖν γενέσθαι". Eadem laudant ex Lysia Apostol. 8, 21. Diogenian. 4, 77., Arsen. p. 229., sed pro ἐμποδὼν ἡμῖν γενέσθαι legunt ἰσχῦσαι διαστῆναι. Haec esse sumta ex epistola erotica nemo dubitabit affirmare. Proverbium (cf. etiam Bekk. An. 240, 14.) probat Empedoclis sententias jampridem divulgatas esse, cf. Arist. Eth. Nicom. VII, 3. Bernhardy Synt. Gr. p. 5.

Harp. ἀπαγορεύειν ἀντὶ τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτως ἔχειν Λυσίας ἐρωτικῷ. Hoc non ad Amatorium a Platone servatum pertinet; legendum igitur esse ἐρωτικοῖς summo jure conjecit Spengelius (p. 124.). Contra Maximus Tyrius diss. 24, 5. de Phaedro solo cogitat dicens: ὁ (Σωκράτης) Λυσίου τῶν ἐρωτικῶν ἀντίτεχνος. Tzetzes Chil. VI, 35:

Πάλιν σεμνοστομώτερόν φησι (i. e. Demosthenes) κατὰ Νεαίρας,
Ἀπὸ τριῶν ἐργάζεσθαι ὀπῶν τὴν ἐργασίαν.

Καὶ ἄλλων αἰσχροτήτων τε βορβόρους ἀποπτύει,
Οὕσπερ ὁ Διονύσιος ἀρώματα νομίζει.
Τὴν δ᾽ ἐργασίαν, ἥν φησι τριῶν ἐκτρυπημάτων,
Ἐκ τοῦ Λυσίου ῥήτορος σεμνῶς, γλαφυρωτάτως
Ῥηθεῖσαν ἔκλεψεν, αἰσχρῶς ἐξαναπτύξας ταύτην·
Ἡ Ἀντιόπη μόνου γάρ, εἶπε Λυσίας, πόρνη,
Ἤτοι ἡ ἄμφω ταῖς ὀπαῖς τῇ μίξει κεχρημένη,
Παναίσχρως δ᾽ οὗτος ηὔξησεν ἀναφανδὰ ληρήσας,
Τὸ ἔργον Νέαιραν τελεῖν τριῶν ἐκτρυπημάτων.

Haec, si vera sunt, ex Lysiae libello amatorio sumta esse videntur. Dionysius major tyrannus hic significari dicitur. De v. *τρύπημα* citat Kiesslingius Reisk. ind. graec. Demosth. s. h. v. cf. Schol. ad h. l. in Cramer. Anecd. Oxon. III. p. 367, 11: *Σημείωσαι, ὅτι τὸ εἰρημένον παρὰ Λυσίᾳ γλαφυρῶς ὁμοῦ καὶ σεμνῶς τὸ Ἀντιόπη, αἰσχρῶς ἀνέπτυξε Δημοσθένης, ἀπὸ τριῶν τρυπημάτων τὴν ἐργασίαν εἰπὼν ποιουμένη.* — Denique locum quendam Joannis Siciliotae jam supra p. 121. attuli.

Declamationes.

Spengelio videri Lysiam artem rhetoricam non reliquisse jam supra annotavi; Plutarchus et Suidas ubi illam memorant ei declamationes pro arte habuisse videntur. Mihi quidem hoc vix probabile esse dixi; hoc vero loco separatim earum exercitationum fragmenta suppeditabo, quae imprimis ex Spengelii verbis causa erroris illis scriptoribus fuerunt.

1. Schol. Marcell. in Hermog. *στασ.* p. 142. Ald. T. IV. p. 352. W.: *Σημειωτέον ὡς ἐξετάζοντας τὸν πλοῦτον καὶ τὰ ἄλλα, δεῖ τὰς κατασκευὰς αὐτῶν καθολικὰς εἶναι καὶ τρόπον τινὰ θετικάς· εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τρόποι γεγυμνασμένοι τῷ Λυσίᾳ ἐν ταῖς παρασκευαῖς· λέγει γὰρ οἵους ἀπεργάζεται ἡ πενία καὶ οἵους τὸ πλουτεῖν καὶ ἡ νεότης καὶ τὸ γῆρας· τὰ δὲ ἐπιτηδεύματα ἐξεταζόμενα δεῖ ἐν ταῖς βουλήσεσιν· οἷον φιλοσοφοῦντες οὐκ ἂν ἐλῃστεύσαμεν.*

2. Gregor. Corinth. p. 4.: *Καὶ μὴ νομίσῃς ἡμᾶς ἐκ τοῦ ταῦτα λέγειν οἴεσθαί τι μέγα περὶ ἑαυτῶν. ἡ γὰρ γλῶττα κατὰ Λυσίαν τὸν ῥήτορα νοῦν οὔτε πολὺν οὔτε μικρὸν ἔχει· ὁ δὲ νοῦς, ᾧ μὲν πολύ, πολύς· ᾧ δὲ μικρόν, μικράς.* Vulg. lect. *ῥοῦν* Bastius correxit. „Lingua intelligentiae nec multum nec parum impertit (vel, si Hermannum sequeris, lingua per se neque cum multo neque cum

paullulo sapientiae conjuncta est), cui multum est intelligentiae, multum valet intelligentia; cui parum, parum". cf. Spengel. p. **140**.

Incerta.

1) Clem. Al. strom. VI. q. 226. Sylb.: *Λυσίας ἐν τοῖς 'Ορφανικοῖς· „Καὶ φανερῶς γέγονεν οὐ τῶν σωμάτων συγγενὴς ὤν, ἀλλὰ τῶν χρημάτων".* Orationes Lysiae pro pupillis defensoriae aut singularem ordinem continebant *τῶν ὀρφανικῶν*, quarum in una verba extabant, quae Clemens citat, aut ea saepius in ejusmodi orationibus occurrisse statuendum est. Ad easdem orationes spectat Suidas v. *"Εγγειον. Τινὲς ἐπὶ τοῦ ἐγγυτέρω. Οὐχ οὕτω δὲ οἱ ῥήτορες ἔτασσον, ἀλλ' ὅταν τὸ ἐν γῇ θέλωσι δηλῶσαι, ὡς Δημοσθένης — καὶ Λυσίας· „Τοῦ νόμου κελεύοντος τοὺς ἐπιτρόπους τοῖς ὀρφανοῖς ἔγγειον τὴν οὐσίαν καθιστάναι, οὗτος δὲ ναυτικοὺς ἡμᾶς* (l. *ναυτικὰ ἐς ἡμᾶς* Meier, Proc. 451.) *ἀποφαίνει".*

2) Ex Stobaei floril. ed. Gaisf. Oxon.:

2, 24. (I. p. 79: *περὶ αἰκίας*): *„Ὅστις τοῦ μὲν μὴ ἀδικεῖν οὐ προνοεῖται, τοῦ δὲ μὴ δοῦναι δίκην ἐπιμελεῖται, κακουργεῖ.*

12, 21. (II. p. 316. *περὶ ψεύδους*): *„Ψεύδεσθαι προχειρότατον τοῖς πολλάκις ἁμαρτάνουσιν".*

46, 17. (II. p. 260. *περὶ ἀρχῆς*): *„Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν δικάζοντας ἄξιον, ἥνπερ νομοθετοῦντας".*

46, 110. (II. p. 293.): *„Εἰ μὲν οἷόν τ' ἦν ἐκ τῶν προτέρων λόγων τὰ δίκαια γιγνώσκειν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοὺς φεύγοντας ἀπολογεῖσθαι, ἀλλ' ἀκριτὶ ἀποθνήσκειν· ἐπεὶ δὲ τὰ ψευδῆ λέγειν δυνατόν ἐστι τοῖς κατηγοροῦσι, δίκαιον ἀμφοτέρων τῶν ἀντιδίκων ἀκούσαντας τηνικαῦτα τὴν περὶ τοῦ δικαίου ψῆφον φέρειν".*

46, 111: *Προσήκει δ' ἡμῖν περὶ ψυχῆς δικάζουσι μὴ παρανομεῖν, ἀλλ' εὐσεβεῖν, μηδὲ θορύβῳ τὰ πράγματα κρίνειν, ἀλλὰ σιωπῇ τὰ δίκαια γιγνώσκειν".*

68, 32. (III. p. 28: *"Οτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν*): *"Ηι γὰρ ἂν ἡμέρᾳ γυνὴ προδῷ τὸ σῶμα καὶ τὴν τάξιν λίπῃ τῆς αἰδοῦς, εὐθέως παραλλάττει τῶν φρενῶν, ὥστε νομίζειν τοὺς μὲν οἰκείους ἐχθρούς, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους πιστούς, περὶ δὲ τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν τὴν ἐναντίαν ἔχειν τὴν γνώμην".*

3) Ex Rutilio Lupo:

I, 13: Epiploce. In hac ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenam multi inter se circuli conjuncti vinciunt, sic hujus schematis utilitatem complures sententiae inter se connexae continent. Lysiae: „Constat igitur, Judices, Simónem domo sua, ab suis diis penatibus, vi cum summa injuria esse exturbatum. Nam Chaeremenes cum hominibus armatis ad eum venit. Cum venisset, sine ulla religione domum ejus expugnavit; expugnata vi domo, familiam abstrahit; abstractam tormentis omnibus excruciavit; cruciatam vinxit; vinctam in publicum projecit praedo, ne suum maleficium tacitum lateret, sed eum praetereuntes prostratam familiam viderent et ab his rem gestam audirent, simul et oculis et auribus scelus illius usurparent". — Orationem fuisse *κατὰ Χαιρεμένους βιαίων* Meierus (Proc. p. 544.) suspicatur; quod num sit probabile cum non videam, hoc fragmentum nolui in ordinem titulo inditorum inserere.

I, 15: Dialysis: Hoc schema contrarium est Polysyntheto. Nam demtis omnibus articulis sententiae divisae pronunciantur. Lysiae: „Omnibus in rebus suam confidentiam ostentabat. Debitum petebamus? Non dissolvebat. Minabamur? Contemnebat. Lex nihil valebat; magistratus negligebatur. Venit hoc tamen nobis novissime tempus ulciscendi". Oratio sine dubio fuit *κατά τινος χρέους*. cf. Meier. Proc. p. 498.

I, 21: Ethopoeia. Lysiae: „Rure rediens, Judices, homo major natu, magno dolore, vix sufferens viae molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: Fer fortiter demum laborem; jam brevi domum venies exspectatus, excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor; ea sedulo ac blande praeministrando detrahet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Haec me in itinere recogitatio prope confectum confirmavit. Postea vero cum domum veni, nihil earum rerum inveni, sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum". Hoc fragmentum crediderim esse orationis, qua aliquis de caede propter adulterium perpetrata se defendit.

II, 3: Dicaeologia. Hoc fieri solet, cum aequitatem causae quam maxime brevi sententia complectimur. Lysiae: „Nam ego huic, Iudices, quidquid ad superius tempus attinet, nihil succenseo; nihil enim deliquisse cognovi. Sed in hoc novissimo facto cum plenum malitiae perfidiaeque invenirem, merito reprehendere atque odisse coepi. Quaeritis fortasse quid acciderit caussae quamobrem eundem et laudem et vituperem?

Quod idem commutata voluntate non est qui fuerat, neque idem nunc de se audire debet, quod prius consuerat, cum sine noxa se gerebat. Non arbitratus es igitur, rursus eum reversurum officio atque amicum tibi futurum? Quomodo? quem sciam tantum facinus in me admisisse, ut in reliquum tempus neque beneficio locum neque benevolentiae spem relinqueret!" Fragmentum mihi sumtum videtur esse ex oratione in actione *ἀποστασίου* habita.

II, 4: Prolepsis. Hoc est cum id quod aut in adversarii causa aut in judicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, praeoccupemus dicere et cum ratione dissolvere. Lysiae: „Hac oratione saepius apud me utebatur et orabat, ut suarum aerumnarum misererer, inopiae subvenirem. Quid multa? commotus humanitus precibus deprecanti quod petebat dedi, solus soli, quo minus nota calamitas hominis esset. Sed ut paratus venisse videtur, jam se negabit accepisse et flens verbis supplicabit, ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum se agentem videritis, facitote, ut et illius mei memineritis". Oratio *κατά τινος χρέους* fuisse videtur.

II, 8: Brachylogia. Rutilius fragmento ex Lysiae oratione de Polyaeni hereditate nobiscum communicato pergit: Ita ejusdem: „Sed vos aequum est voluntatem dispicere. Nam consilio voluit, fortuna lapsus, homo fuit, fatetur. Concedendum, non omnia posse; hoc enim deorum est proprium!".

II, 9: Synoeciosis. Hoc schema docet diversas res conjungere et communi opinioni cum ratione adversari, et habet magnam vim vel ex laude vitium vel ex vitio laudem exprimendi. Lysiae: „Quapropter pergam; in multos largitionem abstinentiae testimonium ne credideris; multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis eget ad sumtum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditare possit."

II, 10: Aporia. Hoc schema efficitur, cum quaerimus quid aut quemadmodum pro rei dignitate dicimus nec reperire nos ostendimus. Lysiae: „Nec jam rationem invenimus, quo flecti posse speremus. Ita nos omnibus modis tentatos acerba ac nimirum tua facultas affligit."

4) Ex Polluce:

II, 159: [*περὶ τῶν διὰ χειρὸς μέτρων*] *τὸ δὲ ἐπιδέξια δηλοῖ .... παρὰ δὲ Λυσίᾳ τὸ ἐκ δεξιᾶς χειρός „Εἰσιόντων πρὸς τῇ Νεμέᾳ, ἕστηκεν ἐπιδέξια"*.

VII, 115: *τὰς δὲ κνήμας οὐ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ*

κνημῖδας ὠνόμαζον. Λυσίας γέ τοι λέγει „ἁρπάσαι τὴν κνημῖδα τῆς ἁμάξης" (sed X. 157. legitur. κνημίαν).

5) Ex Suida v. πόα. ἑκάστη βοτάνη οὕτω λέγεται. Ἡ δὲ σμήχουσα πόα λέγεται παρὰ Δημοσθένει καὶ Λυσίᾳ „Ὡς ἐν πόᾳ πλυνάντων οὕτω μαλακίαν ἐδόξασε": Πόα ex Lys. laudant Schol. Ar. Eq. 603., Phot. p. 435, 21., Bachmann. Anecd. I, 344, 12. cf. de v. πόα et σμήχειν Lob. ad Phryn. p. 496. 253.

6) Ex Bekkeri Anecdotis:

p. 122, 6: Αἰτῶ· αἰτιατικῇ — Λυσίας δὲ γενικῇ· „Εἴ τις ἄλλος βούλεται, αἰτείσθω ὑμῶν".

p. 155, 26: Λειτουργῶ, δοτικῇ· Λυσίας „ὃς λειτουργῆσαι μὲν οὐδὲν πώποτε ἐτόλμησε τῇ πόλει".

p. 169, 26: Προδικῶ· γενικῇ· Λυσίας „ὅτι προδικῶ τοῦ ἀλλοτρίου ἀπελευθέρου" ἀντὶ τοῦ ὑπεραπολογοῦμαι ἢ ἐκδικῶ.

7) Ex Apsine (de prooem. p. 688. Ald. T. IX. p. 482. W.): ἐν ταῖς συνηγορίαις ἄξιον ὁρᾶν ὑπὲρ ὧν λέγομεν, οἷον οἰκείων ἢ συγγενῶν, ὡς ὁ Λυσίας· „πολλαχοῦ οἰκειότατον ἐμαυτῷ νομίζω βοηθεῖν".

8) Ex Maximo Planude (schol. in Herm. εὑρεσ. p. 358. Ald. T. V. p. 382. W.): „Ἀδελφιδοῦς μοί ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι". Prooemii διηγηματικοῦ initium erat Max. Plan. teste *).

9) Ex Jo. Tzetzae exeg. in Iliad. p. 85. Herm.: „Ἐξῆν ἄν μοι χρῆσθαι ὅτι ἐβουλόμην".

10) Ex Harpocr. (quem excripsit Phavorinus) v. ζητητής· ἀρχή τις κ. τ. λ. Δημοσθένης — καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ ἐνδείξεως· οὗτος δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ ζητητής ποτε ἐγένετο, ὥς φησι Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς Πρέσβεσιν. Hocne Lysias dixerit? Ubi? Equidem crediderim Harpocrationem errasse et μήνυσιν illam, quam teste Pseudo-Lysia in or. adv. Andoc. ἀσεβείας Andocides in lite de Hermis mutilatis instituta dicitur fecisse, cum munere ζητητοῦ confudisse. Neque Isocratis locum repperi nec Platonis Meinekius (Q. s. II. 23.) attulit.

11) Tzetze teste (ad Lycophr. 17. p. 294. ed. Mueller) de Chimaera locutus est Lysias: [Βελλεροφόντης Πηγάσῳ] ἐποχηθεὶς τὴν Χίμαιραν ἀνεῖλε μόλιβδον τῷ αὐτοῦ δό-

---

*) Hac occasione annoto in codice Laurentiano qui continet locos communes D. Maximi, mentionem fieri Lysiae rhetoris p. 58, b. teste Bandino bibl. Laur. I. p. 440, B.

ρατι. λεπωθεὶς καὶ ἐμβαλὼν τῷ ἐκείνης πυρπνέοντι στόματι, ὑφ' οὗ πυρὸς ὁ μόλιβδος συντακεὶς ἐκείνην ἀπέκτεινεν· ἣν γὰρ προϊδόντα τινὰ τὸ πῦρ τῆς Χιμαίρας φυλάξασθαι. καθά φησιν Λυσίας ὁ ῥήτωρ μυθικῶς. Quorum verborum si ultima solum ad Lysiam referenda sunt atque v. μυθικῶς significat ἀλληγορικῶς, talem profecto comparationem in epistola fortasse adhibere poterat Lysias; sin vero omnia a Lysia enarrata esse explicandum est, non video quomodo ejusmodi historiolas exponere potuerit noster orator; quare apud Tzetzen legendum esse conjecerim, si modo de oratore cogitandum est, Λιβάνιος ὁ ῥήτωρ, utpote cujus extat uberrima illius fabulae enarratio in editione Reiskiana T. IV. p. 1043. ut p. 1095.

12) Tzetze (Chil. XI, 668.) teste Lysias dixit, Isocratem in Panathenaico conficiendo decem annos consumsisse. Tzetzes Panathenaicum cum Panegyrico confudit; at ne si Panegyricum quidem intelligas, Tzetzae fides habenda est. Isocratem enim decem annos in Panegyrico conscribendo traduxisse falsum est, quod cum forma ipsa orationis indicat, eam integram eodem tempore confectam esse; tum quod saepius illiud tempus attingit, quam ut haec verba post opus conscriptum admixta esse possis conjicere. Denique Panegyricus Ol. 100, 1. scriptus, Lysias autem mortuus est Ol. 100, $\frac{2}{3}$, ut ultimo aetatis anno libellus quo Lysias illam rem narrasset, adscribendus foret. Quominus vero apud Tzetzen emendemus Λογγῖνος, obstat scriptoris ipsius vilis auctoritas.

Singula vocabula quae Lysias usurpasse dicitur, quae ex quibus orationibus hausta sint, incertum est.

Ἀδεσπότους. Poll. III. 74.
Ἀναδικία. Poll. VIII. 23, cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 117. sqq.
Ἀνεψιαδοῖ. Bekk. An. 401, 22.
Ἀνεψιότης. Bekk. An. 401, 25.
Ἀντεδικάσαντο. Poll. VIII, 23.
Ἀνυποπτότερος. Poll. II, 57.
Ἀξιοῖ ἀντὶ τοῦ νομίζει. Suid. h. v., Codd. D. E. Harpocr., Bekk. An. 412, 28. Cramer. An. Oxon. II., 489, 23.

Ἀξιοῦν ἀντὶ τοῦ νομίζειν, ὑπολαμβάνειν. Suid. h. v., Bekk. An. 412, 26.

Ἀποδικάζων, Poll. VIII, 24.

Ἀπόκρισις ἡ ἀπολογία. Harp. Suid., Zonar., Bekk. An. 429, 18.

Ἀπολιμπάνουσι. Suid.

Ἀποπέμψεως (δίκης ὄνομα). Poll. VIII, 31.

Ἀποπεφασμένου· ἀπειρημένου ἢ ἀντὶ τοῦ ἀποδεδειγμένου καὶ πεφανερωμένου. οὕτως Δείναρχος, Λυσίας καὶ Δημοσθένης. Suid., Zonar., Codd. D. E. Harp.; fort. leg. πεφασμένον. cf. or. adv. Theomn. I.

Ἀποφοιτᾶν τὸ παύσασθαι φοιτῶντα, ὅ ἐστι μανθάνοντα. Eustath. ad Il. 1167, 23.

Βεβαιώσεως, cf. fragm. 75.

Δειπνοφόρος. Poll. VI, 102. (cf. Bekk. An. 239, 7.).

Διαδόσεις τὰς ἐκ διαιρέσεως ἴσης ἐπιβαλλούσας δόσεις Λυσίας. Harp. Phavor., Zonar. cf. Tittmann.

Διακωδωνισθέντες διαφημισθέντες, ἐπιπλεῖστον ἐπὶ τῶν διαπαιζομένων λαμβάνεται· τέτακται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διαπειραθέντες. οὕτω Λυσίας. Etym. M., Zonar.

Ἐκωδωνίζοντο, περιβόητοι ἐγένοντο· τέτακται καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπειράθησαν. οὕτως Λυσίας. Suid., Etym. M., Zonar.

Ἐντέχνως πάνυ αἰτιῶνται τὸ ὄνομα καί φασι τεχνικῶς δεῖν λέγειν· ἀλλὰ καὶ Λυσίαν εἰρηκότα ἐντέχνως παραιτοῦνται. Phryn. p. 344. cf. Lob. ann., Bekk. An. 95, 13.

Ἐφορεία. Poll. II. 55.

Ἡλικία τῆς πόλεως ἀντὶ τοῦ ἐν ἡλικίᾳ οἱ νέοι. Phot. p. 66, 23., Suid.

Ἱματίδια. Poll. VII. 42.

Κακοτεχνίου δίκην Λυσίας φησὶν εἶναι. Poll. VIII, 37.

Καταγηόχασι. Ἀγήοχεν, εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ συνθέτῳ Λυσίας κέχρηται, καταγηόχασι, μὴ πάνυ πείθου· ἦχε μὲν γὰρ λέγουσι, καὶ Δημοσθένης ἤχασι λέγει, ἀλλ' οὐκ ἀγηόχασι. Phryn. p. 121.; cf. ann. Lob., Etym., Gud. p. 4.

Κατεδιῃτησάμην, ὡς Λυσίας ἐπὶ τοῦ ἑλόντος ἐν τῇ διαίτῃ. Poll. VIII, 64. cf. apol. affect. tyr. §. 16.

Κεκοινωνημένοι· κοινὴν ἔχοντες τὴν οὐσίαν· ὥς φησιν Λυσίας. Phot. p. 152, 27.

Λιπομαρτύριον. Phot. p. 225, 26.

Μεῖζον (i. e. δικαστήριον). Poll. VIII, 121. ex emend. Schoemanni de sortit. jud. p. 38. cf. Heffter. Gerichtsv. p. 45.

Μυκτηρίζειν. Poll. II. 78. s. v. *περὶ νοσημάτων ῥινός*, ubi cf. Jungerm.
Νεανιευόμενοι. Poll. II. 20. cf. Lob. ad Phryn. p. 66 sq.
Ξυλοφορία. Poll. VII, 131.
'Επ' οἰκήματος] *ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου, ὡς Λυσίας.* Schol. Plat. Charm. p. 324. Bk.
Παράβυστον. Poll. VIII. ex emend. Schoemanni l. l.
Πολυφιλώτερος. Poll. III. 63.
Προπράτας. Poll. VII. 12. (i. e. *προπράτορας, τοὺς τοῖς πιπράσκουσι προξενοῦντας.*)
Στήριγγα. Poll. X, 157.: *καλεῖται δὲ οὕτως (ἀκτηρίς) καὶ τὸ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος ἢ τῆς ἁμάξης ἀνέχον ξύλον ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὃ στήριγγα καλεῖ Λυσίας.*)
Συμπράτας τοὺς σὺν ἄλλοις πιπράσκοντας. Poll. VII, 12.
Σύνδουλοι. Poll. III. 82.
Τιμωρία, πρόστιμον. ἀνταπόδοσις, κόλασις. ἢ τιμή, παρὰ Λυσίᾳ. Hesych.
Φατρίζειν. τὸ εἰς τὰς φατρίας συνιέναι. Bekk. An. 115, 29.
Χρηματιστής. Χρημάτων ποριστής, ὁ ῥᾳδίως χρήματα πορίζων οὕτω προσαγορεύεται. Suid.
Χρημάτων. Ὁ δὲ Λυσίας ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ κατασκευάσματος τίθησι. Suid.

Index capitum.

Index rerum *)

*) Numeri indicant pagellas, fr. significat nomen extare in titulo fragmenti.

E r r a t a.

P. 6, 3. genuitatem] l. fidem. 13, 6. l. Andocidis. 14, 2. deposuisse. ib. not. 2. l. habitos. 25, 8. Lycophro] l. Lycurgus. 25, 15. Hermone. 33, 28. ineptumve. 48, 9. ἕτρεφον. 48, 40. als. 54, 27. licuisse. 55, 18. suppositam. 56, 9. dele comma. 56, 13. τόν. 62. ult. arcitus] l. coercitus. 63, 21. magnas. 63, 30. Andocides. 64, 2. abrogandam. 65, 4. incepisse se. 73, 10. comparare c. E. h. o. vetiti sumus. 16. abiudicandam. 22. iudicamus. 81, 22. ἐπ'. 83, 13. hoplitas. 21. ignoscatur. 87, ult. l. posteriorum. 90, 31. pauca. 92, ult. l. intentum. 99, 3. hoplitas. 12. nostrum] l. nostra. 103, 34. ἀνάπληρος] l. ἀνάπηρος. 104. 21. εἰςαγγελίαν. 104, 39. pro persuasi l. perducti. 106, 7. διδόναι. 9. μεταδιδόναι. 108, 30. Evander. 109. 12. an] l. num. 110, 19. nodum] l. nondum. 111, 19. intenta 113, 14. ab eo. 115, 42. ἀμνήστειαν. 122, 32. ἀναμάρτητον. 128, 15. verisimilius. 133, 25. patronos. 146, 18. δὲ. 152, 30. Διογ. 154, 13. dele singula. 155, 11. ἀκριβέστερον πεύσεσθε. 159, 15. Jungermannus. 162, 26. lexicogr. 165, penult l. Ἀβδήρων.